passan à la averiguacion de la limpieza de los Opositores à las Becas de este Colegio, puedan compeler à los Testigos à que depongan en las Informaciones, y à los Escribanos, y Notarios à que entreguen los instrumentos que les fueren pedidos.

**D**ON CARLOS, POR LA GRACIA DE DIOS, REY de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Jerusalem, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdeña, de Cordova, de Corcega, de Murcia, de Jaen, Señor de Vizcaya, y de Molina, &c. A Vos los Colegiales del Mayor de Cuenca de la Universidad de Salamanca, que fueredes nombrados para hazer las Pruebas de los que pretendieren, y fueren admitidos à Becas de el; salud, y gracia, sepades: Que Joseph Rodrigo Garcia, en nombre de esse dicho Colegio Mayor de Cuenca de la Universidad de la Ciudad de Salamanca, nos hizo Relacion, que aviendo ido algunos de los Colegiales del, à hazer las Pruebas de los Opositores, en virtud de la autoridad Pontificia, que para ello tenian, y en aquel modo, que era uso, y costumbre; y aviendo querido examinar algunos de los hombres noticiosos de las Familias de los Pretendientes, se avian resistido à deponer lo que sabian en las informaciones; y asimismo avia a vido algunos Escribanos, y Notarios, que no avian querido entregar traslados de los papeles, que se hallaban en sus Archivos, ni querian hazer manifestacion de ellos, logrando con esta resistencia, el que los Informantes, por averiguar la verdad, se hallassen precisados, à que se les diese excesivo dinero; y siendo lo referido tan contrario à la utilidad publica, y à la mas segura averiguacion de la verdad; y para que ella se lograse mas facilmente, nos suplicò fuessemos servido de mandar librar nuestra Carta, y Provision, para que el Informante, que fuesse nombrado por su parte, pudiesse compeler, y obligar por todo rigor de Derecho à los testigos, para que depusiesen en las infor-



formaciones; y à los Escribanos, ò Notarios, para que hiziesen manifestacion de sus Archivos, y diessen los traslados que les fuesen pedidos por los Informantes, y pudiesen implorar nuestro Real auxilio, compeliendo à las Justicias, y Corregidores, para que les diessen el favor que huviesen menester, y asistiessen en quanto fuesse necesario, ò como la nuestra merced fuesse: Lo qual visto por los del nuestro Consejo, por Auto que proveyeron en veinte y cinco de este presente mes de Enero, se acordò dar esta nuestra Carta. Por lo qual os mandamos, que en las Pruebas de los Pretendientes à Becas de esse dicho Colegio, para que fueredes nombrados por Informantes, guardéis, y observeis inviolablemente lo dispuesto, y ordenado por Bulas, y Breves Apostolicos, por lo que à Vos tocare, sin contravenirlas, permitir, ni dar lugar, que se contravengan en manera alguna: Y si para averiguacion, ò justificacion de las calidades de los Pretendientes, fueren necesarios algunos instrumentos, y papeles, mandamos à los Escribanos, y Notarios, ante quien huvieren passado, ò en cuyos Oficios pararen, os los pongan de manifesto, para reconocerlos; y siendo necesario, os den los traslados que les pidieredes, sin excusa alguna; y los Testigos que fueren por Vos llamados, para deponer en dichas Pruebas, vayan à vuestros llamamientos, y emplazamientos; y no lo haziendo, y cumpliendo assi: mandamos assimismo à las Justicias Ordinarias de las Ciudades, Villas, y Lugares, donde succedere, les apremien à ello por todo rigor de Derecho, hasta que lo cumplan, pena de cada cinquenta mil maravedis, à los que lo contrario hizieren; Y los vnos, ni los otros, no fagades en deal, pena de la nuestra merced, y de otros treinta mil maravedis para la nuestra Camara, so la qual mandamos à qualquier Escribano, que fuere requerido, la notifique, y de ello dê testimonio. Dada en Madrid à veinte y nueve dias del mes de Enero de mil seiscientos y noventa y vn años. Antonio, Arçobispo de Zaragoza. Don Joseph de Salamanca y Defforcallo. Don Isidro de Camargo. Don Toribio de Mier. Lic. Don Diego Florez Valdès. Yo Domingo Leal de Saavedra, Secretario del Rey nuestro Señor, y su Secretario de Camara, lo fize escribir. Por su mandado, con acuerdo de los de su Consejo. Registrada. Don Garcia de Villagran y Marban. El Chanciller Mayor. Don Garcia de Villagran y Marban.

CEDVLA

**CEDULA, QUE  
MANDO DESPACHAR LA  
Magestad de DON PHILIPPO QVARTO,** nuestro Señor, en razon de la Precedencia que tienen, y deben tener los quatro **COLEGIOS MAYORES** de la Vniversidad de Salamanca.

EL REY.



**M**AESTRE ESCVELA DE EL ESTUDIO, y Vniversidad de la Ciudad de Salamanca, bien sabeis, que por los de el nuestro Consejo se diò, y librò Provision nuestra, para que hiziesedes notificar à los Colegiales de los Colegios de las Ordenes Militares de Santiago, Calatrava, Alcantara, y San Juan de essa Vniversidad, que en las Escuelas de ella, en sus Generales, y en los actos publicos de la Vniversidad, y otros qualquiera, y en las calles, y otros puestos, aora, y de aqui adelante cediessen à los Colegiales de los quatro Colegios Mayores de essa dicha Vniversidad, y les dexassen el primer lugar, dandoles la precedencia en todas partes; con apercivimiento, que los que contravinieren à lo referido qualquiera cosa, ò parte de ello, serian desincorporados de essa dicha Vniversidad, y se procederia contra ellos à lo que huviere lugar de derecho. Y porque se ha entendido, que algunos Colegiales de los dichos Colegios de las dichas Ordenes Militares, en algunas concurrencias, que se han ofrecido, han pretendido ocupar lugares de precedencia à los Colegiales Mayores: visto por los de el nuestro Consejo, y consultado

Qp

con



con nuestra Real persona, con atención al estilo, y observancia notoria de precedencia de los Colegiales Mayores à los Militares por el Título, y Graduaciones, que les assiste de Colegiales Mayores; por la Autoridad, y Representacion, que en essa Vniversidad mantienen los quatro Colegios Mayores; como miembros tan principales del cuerpo de ella, y que le componen, y representan en sus Claustros, en sus Cathedras, y en las funciones mas solemnes de Nacimiento, y Honras de las Personas Reales; por el Instituto, y Profesion de Maestros publicos, con que se fundaron, y conservan los Colegios Mayores; y no toca à los Militares, por ser su Instituto de oyentes; y por la estimacion justa, y comun, con que los Colegios Mayores han sido desde su fundacion Seminarios de eminentes Varones en letras, y caudal, para las dignidades mayores de la Iglesia, y para administrar justicia con nuestro Real nombre, y representacion en nuestros Tribunales, y Consejos, y por lo que conviene, que en esse Estudio general, donde por serlo, se necesita mas para la educacion, y exemplo de la juventud, que la profesion de modestia acompañe à la de las letras, y que no se dé consecuencia à las licencias de la primera edad para alterar con novedades de disturbio las observancias asentadas, y justas entre Comunidades incorporadas en essa Vniversidad, ni pervertir la graduacion, y reconocimiento que debe aver de oyentes à Maestros, y de lo menor à lo mayor. Fue acordado, debiamos mandar dar esta nuestra Cedula para vos en la dicha razon, y Nos lo tuvimos por bien: Por la qual os mandamos, que luego que la recibais, hagais notificar, y que se notifique à los Colegiales de los dichos Colegios de las dichas Ordenes Militares de Santiago, Calatrava, Alcántara, y San Juan de essa Ciudad, que aora, y de aqui adelante en las Escuelas, en sus Generales, y en los actos publicos de la Vniversidad, y otros qualesquiera, y en las calles de essa dicha Ciudad, y otros puestos, y concurrencias, cedan à los Colegiales de los dichos quatro Colegios Mayores, y les den el primer lugar, dandoles la precedencia en todas partes, como les està mandado por la dicha Provision dada, y librada por los del nuestro Consejo, sin la contravenir en manera alguna, que assi es nuestra voluntad. Fecha en Madrid, à ocho dias del mes de Abril de mil seiscientos y cinquenta y nueve años. YO EL REY. Por mandado de su Magestad. Martin de Villela.

**CEDULA CONFIRMATORIA, QUE MANDO despachar la Magestad de DON CARLOS SEGUNDO, nuestro Señor, en razon de la Precedencia que tienen, y debentener los quatro Colegios Mayores de la Vniversidad de Salamanca.**

**EL REY.**



**MAESTRE-ESCUELA, QUE AL PRESENTE** soys, y adelante fuereis, del Estudio, y Vniversidad de la Ciudad de Salamanca: Sabed, que conviniendo dar Regla, que atage los embargos, que de algunos años à esta parte han ocasionado las diferencias que ha avido entre los Colegiales Mayores de essa Vniversidad, y los de las Ordenes Militares, y assegurar la quietud de ellos: Hemos resuelto, que los Colegiales de los Colegios Mayores, que fueron instituidos para Maestros, como lo son, en essa Vniversidad, precedan à los de los Menores; y lo mismo los Rectores, en qualquier concurso, dentro, y fuera de la Vniversidad: Y que encontrandose en las calles, los Colegiales Militares ayan de ceder llanamente à los Colegiales Mayores, y sus Rectores, guardandose la Real Cedula, que en esta razon se diò, y librò por el Rey, mi Señor, y Padre, el año de mil y seiscientos y cinquenta y ocho: Y que en el lado del General, los Colegiales Mayores se sienten en los lugares, y bancos donde se han sentado hasta aora, sin que en esto se haga novedad; y sus Rectores en adelante, donde hasta aora se han acostumbrado sentar, señaladoteles quatro puntas de bancos, sin que puedan sentarse en otras puntas: Y que en las quatro que se les señalaren,



laren, que han de ser las primeras, como se entra por la puerta menor del General, que son las ultimas en orden, en las quales solo han de poder sentarse los Rectores, y no otros algunos, dexando libres las demas puntas, y bancos del mismo sitio, para que los Rectores de las Comunidades Menores ( sean, ò no Militares ) se puedan sentar: Y que en quanto à los postes, los Compañeros de los Rectores de los Colegios Mayores, prosigan en los que han poseido hasta aora en los Patios de Escuelas, en la Nave, y lugar en que han estado, dexando las otras Naves, y lugares, para los Compañeros de los Rectores de los Colegios Menores. Y no pudiendose dár mas particular providencia, en señalar lugares, es nuestra voluntad, que en los demàs ( teniendo los ocupados los Colegiales Militares ) no sean obligados à dexarlos à los Colegiales Mayores; aperebiendoles, que si con este, ò con otro pretexto les hizieren alguna molestia; Vos, como Juez Eclesiastico Ordinario, los castigareis: Y les privamos desde luego de qualquier puesto que tengan en essa Universidad, de la oposicion de las Cathedras, ò de qualquier empleo de justicia, y gracia: Y lo mismo à los Colegiales Militares, si faltaren en algo à lo que se les manda; pues vnos, y otros podrán valerse de los testimonios juridicos ante vos, sin proceder de otra manera en lo que se ofreciere; declarando, como declaramos, que vos el dicho Maestre-Escuela soys Juez Ordinario de todos los Colegiales Mayores, y Menores, y os toca el conocimiento de sus causas en primera instancia, sin restriccion alguna. Hareisles notorio este despacho à vnos, y à otros, para que lo observen, y dareis cuenta al Consejo de averse executado. Fecha en San Lorenço à treintà dias de el mes de Octubre de mil y seiscientos y ochenta años. YO EL REY: Por mandado del Rey nuestro Señor. Antonio Zupide, y Aponte.

DETER

DETERMINATIO  
COLLEGIJ HABITA ANNO  
Dñi. millesimo septingentesimo vige-  
simo tertio, vt constitutiones iterum  
imprimantur, cum brevi notitia  
Collegiarum hoc tempore  
viventium.



ANNO Domini millesimo septingentesimo vigesimo tertio die vero octava mensis octobris in Ecclesia catholica legitimo Divi Petri successore adstante Innocentio XIII. Pont. Max eiusque Pontificatus anno tertio; & in nostris Hispaniarum regnis imperante, catholica Maestate Philipi V. de Bourbon cognomento impavidi eiusque imperij anno vigesimo tertio; nostrum autem inter maiora maximum, celebrique cantatum laude per orbem Collegium gubernante Domino Rectore Licentiate D. Gabriele de Rus, & Contreras nato in Villa de Bailen, Provisore, Vicarioque Generali Dicecesis Granatensis, propterque eius absentiam Rectoris vices gerente Lic. D. Martino Dabila & Siguenza ex Civitate de Xerez de la Frontera, in hac alma Academia Iudice Scholastico, pro obtinendis que in iure civili Cathedris Antagonista, typis mandatae fuerunt constitutiones, & statuta eiusdem Collegij per determinationem antea super hoc ab univervo Collegio habitam, curam de hac determinatione scribenda, posteritatieque per prælum transferenda habente Lic. D. Didaco à Roxas & Contreras, Vallis-Oletano, necnon Antiquarensi, Equite Ordinis Calatravensis, pro obtinendis que in iure Canonico Cathedris luctatore; Collegæ autem qui præter tres prædictos huic deliberationi adfuerunt, suumque præstiterunt suffragium, fuerunt Lic. D. Ansanus de Carabajal & Pacheco ex civitate de Truxillo, necnon Placentinus, Doct. D. Bernardus de Saabedra & San Jurjo natus in civitate Lucensi, Pro-

Rr uisor

Quarto prelo  
mandatum  
constitutiones.



visor, Uicarius Generalis, Canonicusque Legionensis, & pro  
Cathedris Iuris Canonici in hac Vniuersitate debellator, Lic. D.  
Vincentius Valcarcel & Vaquerizo Granatensis, necnon de Xe-  
rez de los Cavalleros, pro Cathedris in Iure Civili adipiscendis  
pugnās, Lic. D. Ildelfonsus de Ayella Fuertes natus in Villa de Luar-  
ca Provisor Uicariusque Generalis Oxomensis, Lic. D. Ferdinandus  
Chacon Manrique de Lara Malacitanus, necnon Antiquarēsis, Lic.  
D. Josephus Ramos ex Uilla del Toral de los Guzmanes Cathedrā  
Artium regens, & Cathedris Proprietatis oppositor existens, Lic. D.  
Ildelfonsus de Vargas & Barma Complutensis, Lic. D. Balthasar  
Perez de Bargas & Sirvente (a) Anduxarensis, pro Cathedris Phi-  
losophiæ, & Theologiæ dimicator, Lic. D. Gabriel Bezerra & Saa-  
bedra ex Uilla de Caceres, Lic. D. Andreas à Maraber & Uera ex  
Civitate de Xerez de los Cavalleros, Lic. D. Josephus del Campo  
Rodriguez de Salamanca Hispalensis, necnon ex Civitate de Bru-  
xas in Comitatu Flandriæ, Lic. D. Ludouicus Zipata & Carabajal  
Granatensis, Lic. D. Ioannes de Santolalla & Dabalos ex Civitate de  
Baza ad Philosophiæ, & Theologiæ Cathedras Athleta, Lic. D. An-  
dreas à Moya & Alcazar ex oppido de Paterna pro obtinēdis Phi-  
losophiæ Cathedris decertans; cui determinationi assensū ultro præ-  
buerunt extracapellam tam hospites, quam capellani exprimis, Lic.  
D. Sanctius de Inclan & Leyguarda ex oppido de Inclan Digesti ve-  
teris Cathedricus, Lic. D. Petrus Valledor & Trellez ex oppido del  
Presno Cathedram Vespertinam antiquiorem Iuris Canonici te-  
nens, Lic. D. Melchior de Ollo & Bazan Hispalensis, Eques or-  
dinis Alcantarensis, Lic. D. Carolus ab Araque & Villamayor  
Matritensis, necnon ex oppido del Castillo de Garzi-Muñoz, Eques  
Ordinis Calatravenensis, Cathedricusque Vespertinus libri sexti,  
Lic. D. Ludovicus à Muñoz & Salcedo Granatensis, Eques Or-  
dinis Divi Jacobi, Cathedricusque Antiquior Institutæ, Lic. D.  
Michael de Campos & Carrasco ex Villa de Guareña, pro obti-  
nendis in Iure Civili Cathedris luctator, Lic. D. Lucas de Padilla  
& Aguilar ex Villa de la Puente de Don Gonzalo, Lic. D. Garcia  
Inclan, & Leyguarda ex oppido de Inclan, pro Cathedris in Iure  
Canonico acquirendis contendens: ex ultimis autem Lic. D. Jose-  
phus ab Araque & Villamayor Matritensis, necnon ex Villa del  
Castillo de Garzi-Muñoz, Lic. D. Ferdinandus de Lara & Aguila  
ex Uilla de Nabalcarnero.

Sed pristino etiam nostrorum mori adhærendo non importu-  
num, iam pænè necessarium existimo, hic quoque iniungere eos

qui

qui post nostram chlamidem (maximi honoris culmen) summo  
cum decore indutam, nunc tam in Ecclesiasticis, quam in poli-  
ticis laborant muneribus, cum tanta publici utilitate, Togæque  
nostræ nitido splendore, quod in eorum honorem etiam maius  
allatum encomium non solum omni verbosa carebit blanditiâ, &  
omni motus (etiam levioris) animi suspicione liberum existeret,  
verum, & iusti, rectique contemptor iudicandus erit, qui lau-  
des tantæ virtuti debitas pro posse non persolverit, cum ita subli-  
me nomen eorum merita acquisita fuerint, quod ea etsi brebiori  
calamo referre etiam vberiore superet facundiam; qua propter  
cum ego non sim satis ad tanta præconia laudum, nullatenus mi-  
hi imponam onus meis viribus impar, propiis votis satisfacisse,  
meumque munus adimplevisse existimans, si tantum nomina per-  
tingam eorum, qui gestorum fama iam super æthera noti sunt,  
simulque per præmia, quibus hætenus tam illustres labores in  
Ecclesiæ, & reipublicæ bonum patrati, coronati fuerunt, concisso  
narrationis filo percurram; cum si ita me accingam, meo videri  
assequar, nec viventium modestiam his elogijs, quæ teretas fo-  
neat illecebras offendere nec posteris iniuriam importuno silentio  
facere; si à primo enim non devialem scopulo, nimio quoque  
Concollegarum amore obcæcatus possem apparere, & per hoc  
etiam magis conspicuæ veritati incredulitatem adducerem, et, si  
ut hunc fugerem in secundo tacendo inciderem, satis clarum avi-  
ditatis argumentum in nos omnes relinquerem venturis, nam  
cum in eo ita felici ævo nati simus, in quo tot sunt insignia pro-  
bitatis, & integritatis simulacra, quot sunt magni viri, qui has  
breves lineas ornare debent, supra modum avaros nostram prof-  
peram sortem nos reddidisse videretur, si eos omnino ea expertes  
efficere, velle manifestarem, eis denegando etiam male depic-  
tas imagines hæroum, quorum exemplar ita eos generosa potest  
impellere æmulatione, ut vestigijs sic inclitis adhærendo ad su-  
blime gloriæ fastigium ascendere conspirent: nequaquam igitur  
ego, hanc desinam, abire occasionem, gratam futurorum memo-  
riam conciliandi, eis quam plurima proponendo archetypa, quo-  
rum cuiuslibet imitatio, facile eos ducere potest, ut iter laurorum  
refertissimum feliciter peragant; præcipue cum nos, qui istud  
beneficium providentiæ debemus, conspiciendi adhuc recentes  
gressus ita gloriosos, adeo faultiores maneamus, ijs, qui solum  
per notitias erudiri possunt, quanto.

Horat.



*Horat. in Art. Segnius irritant animos demissa per aures,  
Poet. quam, quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ  
ipse sibi tradit spectator*

Sed ut iam ad meam narrationis scopum accedam, ordinem in alia simili habitum, riteque stabilitum, pænitus servare promitto, sicque in clarissimis omnium referendis familijs non immorabor, satis enim eas resurgere facit Toga, qua maior Hispaniæ nobilitas ardentem optat decorari, & cuius indumentum etiam illustrioribus omnino renuitur, nisi prius illi examinis submittantur catillo qui præceptus invenitur in eo nostro rigido puritatis statuto, quod norma fuit omnium, quæ tot Hispaniæ Collegia, Ecclesias, aliasque ornant Communitates; qua propter contentus evadam, si cuiuslibet Patriam, & cognomenta exponam, hoc enim nimie superesse constanter credo, ut etiam, qui minus stirpium cognitione fuerit præditus, super eis maneat absolute instructus: ad clariorem autem methodum custodiendam, eos qui officijs iustitiæ vacant ab eis, qui in Ecclesiasticis dignitatibus micant, in mea oratione secernam, ex hac enim separatione, cum aliquid confusionis auferatur magis perceptibilis lectori reddetur, in primo vero loco eos, qui in muneribus iustitiæ se exercent collocabo, primi enim ex istis in receptione ad Collegium reliquos tempore præcedunt, quæ quidem est ratio, quæ in nostro regiminis modo, ut potissima attenditur.

Primus igitur antiquitatis serie se exhibet Dñs. D. Apostolus de Cañas & Castilla, natus in Civitate de Guadalaxara, qui postquam plurimas, & denique primariam Juris Canonici Cathedram in hac Academia obtinuit, per Hispalensem, Granatensem, Matritensemque criminalium causarum Senatus transiens, ad Regale Castellæ Consilium tandem fuit promotus, & cum ex inde ad supremum belli senatum fuisset translatus, nunc iterum in regali Castellæ meritissime sedet. Succedit Excelentissimus Marchio de Mirabal Dñs. D. Ludovicus de Mirabal & Spinola, ex Civitate de Xerez de la Frontera, qui post Vespertinam Juris Civilis antiquiorem Cathedram sua doctrina illustratam, regulari aliorum munerum cursu pergens ad regale Castellæ Consilium fuit evectus, ubi cum criminalibus iudicijs præesset ad confæderatarum Provinciarum rempublicam legatus fuit missus, ibique cum tanta regij animi satisfactione suæ legationis mandata adimplevit, quod ad maius præmium suis meritis iam paratum fuit inde vocatus, in

supre-

supremi Consilij gubernatione ei concessa, in cuius muneris exercitio postquam iam septem numeravit annos, adhuc laborat; tantam in negotijs tractandis prudentiam, talemque in eis expediendis ostendens applicationem, suis autem, & suorum commoditatibus adeo nullam exhibens attentionem, quod Regia beneficentia illum Castellæ titulo ad successores transmissibili decoraverit, ea tamen singularitate ei adiuncta, quod iste liber in perpetuum maneret ab omnibus oneribus, annuisque pensationibus, quæ eiusmodi comitantur honores, illa tantæ liberalitatis à iustissimo Principe ratione præstita, quod ad eam (videlicet) fuerat motu proprio impulsus, propter summum sui Ministri in eius servitio zelum, omnimodamque in Regijs sollicitandis gratijs desidiam: quæ Regis verba, cum huius herois virtutem satis pandant, me, quoque quærere voces, ut eam demonstrarem, exculant. Post istum venit Ds. D. Didacus à Roxas, & Ortega, Antiquarensis, per quem omni possibili celeritate transeam, ne paternali raptus affectu videar, hic igitur Ordinis Calatravensis eques, postquam Vespertinus Iuris Canonici Cathedricus in hac Academia micuit, ex Vallisoletano Senatore, in Consilio Militarium Ordinum Advocatus Regius fuit factus, unde postea ad Supremum novi Orbis Tribunal promotus, nunc ibi simul Sanctæ Cruciatæ Consiliarius adest. Dictis subsequitur Ds. D. Thomas Melgarejo, & Moya, ex oppido del Castillo de Garcimuñoz, eques Ordinis Divi Iacobi, qui post Cathedram antiquiorem Codicis ingenti cum plausu obtentam, ex Granatensi Senatu ad Audientiam in Regno Valentiniæ de novo erigendam fuit ductus, ei simul in Ordinum Militarium Consilio sede concessa, & cum inde ad Generalem Vallisoletanæ Provinciæ intendentiam fuisset translatus, postea ad sui muneris exercitium in Ordinum Consilio fuit vocatus, & cum deinde Advocatus Regius in Regali Consilio fuisset factus, nunc in eodem Supremo Senatu existit Consiliarius, post sedatas sua industria Cantabrorum Provincias, ad quarum pacificationem fuerat electus. Quibus Comitatur Ds. D. Emanuel à Fuentes, & Sotomayor, Hispalensis, necnon Matritensis, qui cum in Regio Hispalensi, & postea Granatensi Conventu sederet, ad alium novum in Regno Aragoniæ instituendum fuit nominatus, simulque in Consilio regalium facultatum Fisci Advocatus factus, & cum ad istud officium exercendum venisset,

S s

Gra-



Granatensis Senatus Præses fuit electus, ex quo munere ad regale Castellæ Consilium, ubi nunc adest, fuit promotus. His accedit Ds. D. Alvarus Josephus à Castilla, & Muñoz, ex oppido de Galaroza, qui postquam suis manuscriptis hanc miratus fuit Academiam, dum plurimas, & denique Vespertinam Iuris Civilis Cathedram rexerit, Advocatus Fisci Granatensis factus, ad idem officium in regalium opum Consilio exercendum fuit translatus, deindeque Præses Valentini electus, Supremi Castellæ Senatus fuit paulo post Consiliarius Constitutus, ubi cum nunc Iudicijs criminalibus Præsident, simul in Sanctæ Cruciatæ Tribunali Sedem obtinet. Post istos venit Ds. D. Antonius à Valcarzel, & Formentó, Matritensis, necnon ex Civitate de Xerez de los Caballos, eques Ordinis Calatravensis, qui cum iam existeret antiquior Granatensis Auditor, ad Præsidentum Hispalensem Senatuum fuit inde missus, ex quo munere ad Supremum novi Orbis consilium denique fuit vocatus. Deinde suprascriptis est adiiciendus Ds. D. Antonius à Zepeda, & Torres, Vrsanenensis, qui ex Auditore Vallisoletano, Consiliarius regalium facultatum constitutus, postea ad regendam Asturum Audientiam noviter erectam fuit primus electus regalis Consilij simul Consiliario effecto, nuncque Regium Pampilonense Tribunal similiter moderatur. Addendus quoque est Ds. D. Andreas à Roldan, & Padilla, ex oppido de Baena, qui cum Cathedraticus Vespertinus Iuris Civilis in hac Academia fulgeret, Brigantinus Auditor fuit electus, deindeque Hispalis ad Præsidentum commercij Tribunal mandatus, in ea Civitate hoc Tribunali postea suppresso, nunc in Complutensi Bætica Civitate Prætor adest. Necnon venit iniungendus Ds. D. Franciscus Ossorio, Lasso de Castilla, Hispalensis, eques Ordinis Calatravensis, qui dum in hac Vniversitate, Decretalium maiorum Cathedram moderabatur, Advocatus Regius Senatus Granatensis fuit electus, posteaque ibidem Auditore constituto, nunc in Consilio Militarium Ordinum adest Fisci Patronus. Post istum venit Doct. Ds. D. Sanctius Barnuevo, & Abad, ex oppido de Chinchilla, eques Ordinis Calatravensis, qui antiquiorem Vespertinam Iuris Canonici Cathedram tenens, Patronus Fisci in Valentini Regno fuit electus, & cum ibi postmodum factus fuisset Auditor nunc in Criminali Regiæ Curie Senatu sedet. Cui comitatur Doct. Ds. D. Ferdinandus à Quincozes, & Martinez, Matritensis, eques Ordinis Divi Iacobi, qui ex Cathedra Vespertina Iuris Canonici, quâ in hac Aca-

demia regebat, ad defendendû Fiscum in Senatu Granatensi adest arreptus. Post quos nominandus venit Ds. D. Ildefonsus Rico, & Nieto, ex Civitate de Lucena, eques Ordinis Calatravensis in eademque Militari Ordine Commendatarius, qui cum Auditor fuerit Vallisoletanus nunc in Regia Curia criminalibus interest Iudicijs. Quem sequitur Ds. D. Philippus à Balderrama, & Portillo, Matritensis, necnon Vrsanenensis eques Ordinis Calatravensis, & in Balearibus Insulis nunc Regius Auditor. Quibus omnibus accedit Doct. Ds. D. Lucas Martinez de la Fuente, Vallisoletanus, qui cum Cathedraticus Decreti Vniversitatis Vallisoletanæ Collegium fuisset ingressus, Advocatus Regius in Aragoniæ Regno (in prima illius Senatus erectione) fuit electus, posteaque cum ibi iam esset Auditor ad Granatensem Senatuum cum eodem munere fuit translatus, ibique nunc Præses existit, postquam in Fortunatis Insulis, & in Asturum Principatu Tribunalia rexerit. Suprascriptis etiam est iniungendus Ds. D. Iosephus à Cienfuegos, & Valdes, ex Villa de Cangas de Tineo, eques Ordinis Divi Iacobi, qui in Balearibus Insulis adest Auditor. Necnon Ds. D. Franciscus Esquivel, & Arze, ex Civitate de Vitoria, qui cum olim Auditor Vallisoletanus extiterit, nunc pro criminalibus causis iudicandis in Regia Curia sedet. Ulterius Ds. D. Ioannes Michael Marin, & Benavides, ex Civitate de Almeria, qui in Granatensi Senatu existit Auditor. Cui succedit Ds. D. Matheus à Yepes, & Quadra, Toletanus eques Ordinis Divi Iacobi, qui cum in Civitate Sanctæ Fidei in Novo Granatæ Regno Senatoris munus obtinuerit, ad Hispaniam reversus in Civitate de Truxillo Prætor adest. Rursus Ds. D. Didacus ab Adorno, & Dabila, ex Civitate de Xerez de la Frontera, qui pro obtinendis in iure civili Cathedris in hac Academia decertans Scholasticusque Iudex existens ad iudicandas causas criminales in Hispalensi Senatu fuit adductus. Post quem venit Ds. D. Ioannes à Curiel, & Luna, Hispalensis, necnon Vrsanenensis, eques Ordinis Calatravensis, qui post obtentam in hac Vniversitate Decretalium Minorum Cathedram in Hispalensi Senatu similiter causarum criminalium adest Auditor. Cui adiungitur Ds. D. Ioannes à Feloaga, & Bargas, Matritensis, eques Ordinis Divi Iacobi, in Tribunali Granatensi Regius Auditor. Et denique supra relatis adiiciendus venit Ds. D. Franciscus Bermudez, & Nuñez, Matritensis, necnon Granatensis, qui cum in hac Academia pro obtinendis in iure civili Cathedris decertaret, ad Regiam His-



palensem Audientiam criminalium causarum Iudex fuit deputatus. In novo quoque orbe suis operibus nostram refulgere faciunt Togam Ds. D. Michael ab Ormaza, Ponze de Leon, ex Civitate de Sanlucar de Barrameda, eques Ordinis Divi Iacobi, qui postquam in Tribunalibus de Quito, & de Lima Auditor adfuit, nunc in eadem Audientia de Quito Præsides. Ulterius Ds. D. Balthasar de Lerma, & Salamanca, ex Civitate de Burgos, qui olim in Audientijs de Chile, & de Charcas, nunc autem in Senatu de Lima adest Auditor. Necnon Ds. D. Ioannes Picado Gonzalez de Santos, ex oppido de Hoyos, qui postquam in Audientia de Guadaluara extitit Fiscus Advocatus, nunc in Mexicano Senatu sedet Auditor.

Sed etsi ita plures, adeoque Eximij viri sint, qui sæcularibus incumbunt negotijs nullatenus superant eos, qui Ecclesiasticis intendunt, & qui cum in Ecclesiæ collocati sint candelabro, ita copiosè oneri eis imposito satisfaciunt, ut etiam remotioribus mirificè luceant, inter quos igitur antiquior se offert Doctor Ds. D. Franciscus à Cisneros, & Figueroa, Compostellanus, qui ex Præbenda Lectorali Sacræ Scripturæ Ecclesiæ Pacensis, ad Magistralem Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ transibit, ubi ad Terulicensem Episcopatum nominatus, hanc dignitatem admittere, constanter recusavit. Huic comittatur Doct. Ds. D. Hieronymus de la Abbadia, & Arenzana, Siracusanus, antea Oxomensis, nunc Hispalensis Ecclesiæ Canonicus Magistralis, cuius merita maiori præmio digna Regia Camera censuit, cum ad aliquas Episcopales Sedes Regi proponendo. Post quos venit Illustrissimus Doct. Ds. D. Hiacinthus Valledor, & Presno, ex oppido del Presno, qui ad factorum Canonum Cathedras Oppositor existens, Provisor, Vicariusque Generalis Segobiensis fuit factus, & cum postea eiusdem Ecclesiæ Canonicus esset electus, Sancti Tribunalis Fidei Civitatis Conchensis fuit Inquisitor nominatus, deindeque Scholasticus Salmantinus constitutus ad Episcopalem Oxomensis sedem iam adest promotus. Quibus se exhibet addendus Illustrissimus Doct. Ds. D. Franciscus à Perea, & Porras Granatensis, qui postquam Cathedram Artium obtinuerat, Concionator Regius factus, Cathedram proprietatis in Philosophia, antequam hospes existeret fuit adeptus, & cum iam Divi Thomæ Cathedram regeret, Canonicus Pœnitentiarius Salmantinus omnium electorum suffragijs fuit nominatus, cum iam antea

Ca-

Canonicatum Ecclesiæ Toletanæ admittere renuisset, & cum deinde ad Vespertinam sacre Theologiæ Cathedram devenisset, mirato antea litterario orbe suo ingenioso circa opinionum probabilitatem opere, Episcopus Placentinus fuit electus, unde ad Archiepiscopalem Granatensem sedem adest translatus, in qua adeo longa munerum seriè, cum plurima nostro Collegio sui erga id amoris eximij signa præstiterit, denique Scholæ in cuius doctrina eruditus fuerat tanti beneficii memorem se quoque ostendere studens, eius Principi Eximio Doctori Suarez Cathedram in hac Academia gloriosè primus erexit, egregium, æternumque in ea monumentum relinquere cupiens singularis suæ gratitudinis in eum, quem Magistrum, compatriotamque venerabatur. Huic subsequitur Illustrissimus Ds. D. Petrus à Miranda, & Trellez, ex oppido de Grado, qui iam Abbas de Teberga in Ecclesia Ovetenſi Collegium ingressus, nunc Episcopus adest Terulicensis, postquam Compostellæ, & in Civitate de Llerena Sanctæ Fidei Iudicij Inquisitor adfuit. Necnon Illustrissimus Ds. D. Didacus Muñoz, & Vaquerizo, ex oppido de Pinto, qui cum quondam in Fortunatis Insulis, Barcinonæ, & Valentia nostræ Catholice Fidei laboraverit in Tribunalibus ad eius puritatem ibi stabilitis, nunc Segobricensis Episcopus adest. Post quem accedit Ds. D. Iosephus ab Aguerre, & Engui, Pampilonensis, qui cum Cathedricus Vespertinus Iuris Canonici in hac fulgeret Academia, Fiscus Advocatus, deindeque Auditor in Senatu Granatensi fuit constitutus, indeque postmodum deductus Abbas de Alfaro fuit nominatus. Ulterius Ds. D. Andreas à Morillo, & Belarde, Granatensis, necnon ex oppido del Laujar, qui dum pro Cathedris Artium obtinendis in hac Universitate decertabat, Canonicus Lectoralis Ecclesiæ Pacensis fuit electus, postea ad eandem Præbendam in Ecclesia Mentaliana ascendens, denique ad Canonicatum Toletanum fuit vocatus, ibique existens, iam ad aliquas Dioceses gubernandas Principi per Regiam Cameraam fuit propositus. Necnon Ds. D. Ferdinandus Merino, & Franco, ex Civitate de Toro, dignitas Canonicusque Ecclesiæ Toletanæ. Postquem venit Doct. Ds. D. Felix à Bernuy, & Zapata, ex Villa de Benamexi, qui postquam Cathedram Artium in hac rexit Academia, Canonicus Malacitanus à Principe factus, nunc in eadem Ecclesia Archidiaconus de Ronda, & per Regiam Cameraam Sedis Episcopalis dig-

Te

nus



nus iudicatus viget. Cui adijciendus est Illustrissimus Ds. D. Lucas Conegero, & Molina, ex Villa de Cazeris, qui postquam in Ecclesia Capriensi Pœnitentiarius, & in Placentina Doctoralis Canonicus adfuit ad Fortunatarum Insularum sedem Episcopalem promotus, nunc ad Episcopatum Giennensem adest translatus. Cui adstipulatur Ds. D. Ludovicus à Castro, & Horozco, ex Civitate de Almeria, qui ex Canonico Magistrali Ecclesiæ Civitatis prædictæ ad dignitatem in eadem Ecclesia ascendit, cum olim in hac Universitate ad Cathedras Artium strenuus extitisset debellator. Deest Ds. D. Antonius Serrano, ex oppido de Villamañan relatis adiungitur, post diversas enim in hac Academia Cathedras obtentas, nunc Cathedralicus sacræ Scripturæ, huiusque Ecclesiæ Salmanticensis Canonicus fulget. Ulterius Ds. D. Petrus Garzia Ramal, ex oppido de la Puebla de D. Fadrique, qui Cathedra Artium in hac Academia adeptus, Canonicus Magistralis Calagurritanæ Ecclesiæ fuit electus, nuncque in Ecclesia Conchensi Canonicus Pœnitentiarius adest. Necnon Ds. D. Franciscus Marin de Poveda, ex Villa de Lucar, qui iam in hac Academia Voluminis Cathedralicus, Archidiaconus Segobricensis fuit factus deindeque Probisor, Vicariusque Generalis Præfectusque Scholarum in Ecclesia Giennensi existens, Inquisitor Fiscalis Mentaliani Sanctæ Fidei Tribunalis fuit electus. Quibus adijcitur Ds. D. Ioannes Iosephus Duran, & Tendilla, ex Civitate de Sanlucar de Barrameda, qui Canonicus Pœnitentiarius Gaditanæ Ecclesiæ adest, cum olim Cathedralicus Artium in hac Academia fuerit. Rursus Ds. D. Ioannes Gomez Brabo, ex oppido Cabeza del Buey, qui antea in Pacensi Lectoralis, nunc in Cordubensi Ecclesia Magistralis Canonicus adest. Ulterius Ds. D. Iosephus à Guerrero, & Humanes, Malacitanus, qui Canonicus Doctoralis Mentalianæ Ecclesiæ existit, & cum in Sancto Fidei Tribunali de Llerena Inquisitoris munus recusaverit, non ideo postea fortunam minus propitiam conspexit, imò autem non semel eam magnanimè contempsit, quamvis maioribus induta honoribus iterum, atque iterum ei se obtulerit amplectenda. Ds. D. Iosephus à Bernuy, & Altamirano, ex Villa de Benamexi his quoque adiungitur, Inquisitor enim Cordubensis adest, postquam idem in Civitate Conchensi munus exercuit. Quibus addendæ sunt aliæ duæ nostri Collegij radiantæ Mitræ, prima Illustrissimus (scilicet) Ds. D. Bartholomeus

Ca-

Ad hanc autem  
ultimam digni-  
tatem solum-  
modo destina-  
tus extitit, loco  
tamen ipsius Ar-  
chiepiscopatu  
Eurgensi fuit  
completatus.

Camacho, & Madueño, ex oppido de Montoto, qui antea Cathedralicus Artium in hac Academia micuit, deindeque Canonicus Lectoralis Palentini existens Dertusensis Episcopus fuit effectus. Altera Illustrissimus Ds. D. Martinus de Zelayetta, & Lizarza ex oppido de Ycazteguiera, qui iam Lectoralis Astoricensis Canonicus Collegium ingressus ad eandem Præbendam in Ecclesia Granatensi postea migrabit, denique Episcopus Legionensis fuit nominatus. Quos sequitur Ds. D. Christophorus à Jurado, & Cordoba, ex oppido de Espojo, qui primò Cathedralicus Artium in hac Academia extitit, posteaque in Ecclesia Placentina Canonicus Lectoralis electus, ad Pœnitentiarum Præbendam in Ecclesia Mentaliana se denique transtulit. Pariterque Ds. D. Sebastianus del Moral, & Aguileta, ex oppido del Fondon, qui prius Guadicensis Ecclesiæ Canonicus Magistralis refulsit, deinde verò ad Mentalianam Ecclesiam (Canonicus Lectoralis factus) transibit. Similiter subiungendus est Ds. D. Carolus à Ribera, & Torre, ex oppido de Podente huius alme Academia emeritus olim Rector, & cum postea, iam Collega Artium Cathedram obtinisset Canonicus Civitatis, deindeque Pacensis Ecclesiæ electus, nunc in Ecclesia Toletana Pœnitentiarius Canonicus adest euectus. Cui sequitur Doct. Ds. D. Ferdinandus à Curado Mendez, & Sotomayor, ex Civitate de Luzena, antea in hac Academia Artium Cathedre possessor, nunc autem in Ecclesia Zamorensi Canonicus Magistralis. Necnon Ds. D. Ludovicus Fernandez de Cordoba, & Portocartero, ex Civitate de Montilla, qui sui Patruis, (a) sui que Patris (b) gesta exequenda sibi proponendo, gloriosè pergit, nunc dignitas, & Canonicus in Ecclesia Toletana Sedet. Quibus adiungitur Ds. D. Paschasius à Narvaez, & Albuquerque, ex Civitate de Loxa Canonicus Doctoralis Ecclesiæ Pacensis. Similiter Doct. Ds. D. Georgius Curado, Mendez, & Sotomayor, ex Civitate de Luzena, qui eum iam Canonicus Doctoralis Ecclesiæ Antiquariensis nostram Togam fuisset adeptus, nunc Inquisitor adest Granatensis, postquam ad idem exercendum munus Sardinia, & in Civitate de Llerena fuit nominatus. Quibus quoque accedit Ds. D. Matheus Enriquez, & Moyano, ex Civitate de Velezmalaga, qui dum pro obtinendis Cathedris Artium in hac Universitate luctabatur Zamorensis Ecclesiæ Canonicus Pœnitentiarius fuit electus. Cui iniungitur Ds. D. Iosephus Franquis Lasso de

Cal-

(a) Scilicet  
Eminentissimi  
Cardinalis  
Cordoba.

(b) Ds. D.  
Antonius Fer-  
nandez de Cor-  
doba; Comes  
de Teba; Mar-  
chion de Arda-  
les.



Castilli, Granatensis, necnon Genuensis, qui dum Cathedram Artium in hac Academia moderabatur ad Præbendam Lectorem Granatensis Ecclesiæ omnium consulentium suffragijs adest euectus. Vltimus Ds. D. Petrus à Curiel, & Luna, Gaditanus, necnon Vrsanenſis, Dignitas, & Canonicus Compostellanæ Ecclesiæ in Diœcesique Hispalensi Iudex Ecclesiasticus. Rursus Doct. Ds. D. Ioannes Dominicus Manzano, & Caravajal, ex oppido de Xaraiz, qui dum Nerianæ congregationis Recollectionem profitebatur Cæsar-Augustanus Canonicus adest nominatus. Necnon Ds. D. Ildefonsus à Moreno Ruiz de Castro, ex Civitate de Motril, qui cum ad Cathedras Artium Oppositor aderat, Canonicus Magistralis Legionensis Ecclesiæ fuit electus. Denique Ds. D. Franciscus Nuñez Seyxas, Compostellanus, qui Canonicus Pœnitentiarius Ovetensis existit, cum post prædictam Præbendam adeptam ad Collegium migrasset.

Alij quoque, etsi pauci nostra Violacea veste extiterunt ornati, qui tamen postea, vel ad suarum familiarum conservationem attendere compulsi, vel assiduis immensisque studiorum laboribus, maximè eorum naturæ contrarijs, delassati, ad suarum domum quietem se transtulerunt, non ideò verò minus nostræ memoriæ creditores reperiuntur, inter quos meritò primum occupat locum Ds. D. Antonius Fernandez de Cordoba, comes de Teba, Marchioque de Ardales, ex civitate de Montilla, Excellentissimi Marchionis de Priego, quintæque nostri Collegij Purpuræ clarissimus Frater, cui sequitur Ds. D. Ioannes Bartholomeus de Ahumada, & Amaya, ex civitate de Ronda, eques Ordinis Calatravensis. Necnon Ds. D. Garcia Valledor, & Trellez, ex oppido del Presno. Vltimusque Ds. D. Ludovicus à Quesada, & Peralta, ex civitate de Motril, necnon Giennensis, qui Militari ardens spiritu, pro cohorte equitum gubernanda Collegium deseruit, nuncque quatuor maris Oceani Villarum Gubernator adest nominatus. Rursus Ds. D. Ioannes Spuche, & Serrano, ex oppido de Yecla. Necnon Ds. D. Petrus de Campos, Ortiz, Fernandez, ex oppido la Zarza de Alange. Et denique Ds. D. Bernardus à Roxas, & Contreras, Vallisoleranus, necnon Antiquarenſis eques Ordinis Calatravensis, dominusque de Villamiel. Quibus etiam iniungendi sunt quatuor alij, qui perfectioris status desiderio, securioremque ad æternam salutem viam quærentes claustram morantur religiosa; Pater videlicet Balthasar de Almanfa, & Yra-

bedra, ex civitate de Almeria, qui cum ad Iuris civilis Cathedras existeret Oppositor, præmia sibi debita, quæ summè proxima intuebatur Societatis Iesu habitui commutare non dubitavit. Necnon P. F. Ildefonsus ab Escrivano, & Guerrero, ex oppido de la Puente de D. Gonzalo, qui cum olim Cathedram Artium in hac obtinuerit Academia nunc in Prædicatorum Religione viget. Quem sequitur Pater Petrus à Morillo, & Brabo, ex oppido del Laujar, qui Societatem Iesu ingressus, ibique summo charitatis ardore compulsus, ad Paganos in Philipinis Insulis habitantes, in catholica veritate instruendos Apostolico zelu transijt. Et denique F. Augustinus Curiel, & Luna Hispalensis, necnon Vrsanenſis, qui Franciscanam profiteretur regulam.

Hi igitur sunt omnes collegæ nostri, qui ad præsens florent, & vivunt, & qui nullatenus in suo cursu Gradus constituerunt imò ad maiora propijs nitentes virtutibus iustè aspirant, alios complures, etiam in hoc, etsi semi incipiente sæculo, crudele nobis fatum arripuit, ad quos omnes recensens los maiori spatio, fecundiorique calamo opus erat; verumtamen huic discursui finem imponere nequeo, quin saltem tres ex eis pro coronide enumerem, tam enim communes lachrimæ, quæ eorum recentem obitum oblivisci non desinunt, & quæ in eorum interitus dolore non ita citò exsiccati poterunt, quàm mea singularis erga eos gratitudo me acriter inculcarent, si eos pœnitentis silentio prætermitterem; primus ergo inter istos iure adest Illustrissimus Comes de Xerena Ds. D. Petrus Vrsua, & Arizmendi, ex oppido de Xerena, necnon ex valle de Vrsua in Vasconia Regno, qui postquam sui ingenij profunditatem Cathedraticus antiquior vespertinus iuris Canonici in hac Academia detexit, Advocatus Fisci, Auditorque Vallisoleranus fuit factus, post modumque ad consilium regalium facultatum euectus, deinde ad regendum Hispalensem Senatam fuit adductus, ibique Batice exercitui providere, generaliterque intendere iussus, & cum postea in supremo novi orbis, in regaliique Castellæ sedisset Consilij, Cæsaraugustani Senatus fuit primus Præfectus missus, simul in Regia Camera ei sede largita, & cum ad istud serviendum munus postea venisset, post aliquos annos obiit sublimioribus coronatus virtutibus. Secundus est Eminentissimus Ds. D. Ildefonsus Fernandez de Cordoba, & Aguilar, ex Civitate de Montilla, qui cum quintam tempore inter nostros Purpuram obti-



rum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causalitate si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentem duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore, censentes huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus si est ita, eiusdem Reçtori, & Collegialibus, quòd ex nunc, & deinceps perpetuis futuris temporibus ad duas præbendas pro Scholaribus, seu Collegialibus Medicis, ut prædicitur destinatas non Medici, sed Iuristæ servata forma in provisionibus aliarum præbendarum prædicti Collegij servari solita admitti, & recipi debeant, auctoritate nostra concedas, & indulgeas, ac Reçtorem, & Collegiales prædictos desuper à quoquam quovis pretextu, colore, vel ingenio molestari, inquietari, aut quoquo modo impedire nullatenus unquam possit, sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, irritum quoque, & innane decernas, si secus super ijs à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Collegij iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis. Quibus omnibus illis alijs in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini millesimo sexcentesimo undecimo, sexto Idus Martij Pontificatus nostri, anno septimo. Loco ✠ Sigilli.

Iam sicut dispensatur, practicatur & originalis Bulla ferbatur in Archivo Collegij.

CONS-

CONSTITUTIONES

INSIGNIS, AC CELEBERRIMI  
COLLEGIJ MAIORIS  
DIVO IACOBO  
ZEBEDÆO  
SACRI, QVOD SALMANTICÆ

ILLUSTRISSIMUS PRINCEPS  
DOMINVS  
D. DIDACVS RAMIREZ  
DE HARO,

REGUM CATHOLICORUM FERDINANDI, ET  
Elisabeth Protosacerdos, & Episcopus Conchensis  
construendum curavit.

PRIMVS TOMVS,

I. CORSTITVTIO.

QVONOMINE COLLEGIUM APPELLETUR,  
ET CAPELLA BIVSDEM.



OLUMUS, ET STATUIMUS, QUOD Collegium per nos Salmanticæ ædificatum appelletur Collegium Sancti Iacobi Zebedæi. Ad quod tria nos incitant. Primum, quòd Hispani sumus: cuius regionis D. Iacobus Patronus est. Alterum, quòd eo loco nati sumus: quòd temporaliter Divo Iacobo, & suo ordini subditum est. Tertium, quòd in Baptismo

E

Ja-

nuerit, nescio an merito prima posset nuncupari? Hic demum Ordinis Alcantarensis eques, in Ordineque Divi Iacobi Comendatarius, ex Vallisoletano Auditore Fisci Advocatus, posteaque Consiliarius in Militarium Ordinum Senatu fuit effectus, deindeque Generalis Sanctæ Cruciatæ Commissarius electus Cardinalitiam dignitatem suscepit, tandemque iam Status Consiliarius, Inquisitorque Generalis constitutus decessit. Tertius est Excellentissimus Ds. D. Philippus Antonius Gil, & Taboada, ex oppido de Bergazos, qui iam Primarius Iuris Canonici Cathedralicus in Compostellana Universitate ad Collegium se transferens Pœnitentiarius Ovetensis Canonicus fuit electus, deindeque ad Præbendam Doctorem Toleranæ Ecclesiæ transiens, Vicarius Matritensis fuit nominatus, posteaque Vallisoletano Præsidente constituto, Commissarius Generalis Sanctæ Cruciatæ fuit effectus, & cum iam ad Episcopatum Oxomensis præsentatus adesset, Regalis Castellæ consilij Præsides fuit deputatus, simulque à secreto Regis cubiculo, tam pro Ecclesiasticis, quàm pro Politicis negotijs expediendis Primus Minister factus, & denique dum in gregis sibi commissæ gubernatione morabatur ad Archiepiscopalem Hispalensem sedem (vbi decessit) fuit promotus.

Quibus alij sine numero poterant annecti à secunda tamen lætitia, quàm in eis referendis sentirem, me (etsi coactus) abstinere, quia cum mei instituti tantummodo fuerit, eos, qui superstites sunt, in appendice hic proponere, nec debeo mandati metas excedere, nec brevitatis, quæ exposcitur, id mihi permittit; nequaquam tamen contineri valebo, ut in naturalem cuilibet hæc legenti admirationis affectum non rapiat, tot inclytos huius nostri Collegij filios omnibus ab eius erectione sæculis contemplando, quin hæc felicitas huic, vel alteri ævo alligata fuerit, quod cuidam prosperæ fortunæ eventui poterat imputari, hæc autem quotidie nascentium heroum diurnitas solummodo originem ducere quit à vera virtute, quæ acquiritur in huius nostri Collegij educatione, qua, & illa quæ in cæteris maioribus Hispaniæ Seminarijs edocetur, nulla potest, ad elevandam iuventutem in Ecclesiæ, & reipublicæ servitium, aptior excogitari. Ponderatione vero hic dignissimum censeo, quod cum omnia, & præcipuè communiter corpora labente tempore aliquantulum à fine in eorum exordijs proposito declinare soleant, nos præteritorum sollicitudine, ac cura adeò ab hoc infortunio, quod sæcula comitatur  
liberi

liberi sumus, quod non alios alijs successisse, sed eos, qui antiquitatem ornarunt, & qui huius ædificij solidiora fundamenta extiterunt, semper hic habitasse, rectè poterit dubitari, vnde nostro Collegio valdè propriè adaptari posse iudico sequentia Virgilij carmina:

*Æneid. 6. Hic genus antiquum teucris, pulcherrima proles,  
#. 648. Magnanimi Heroës, nati melioribus annis;  
& 663. Inventas aut qui vitam excoluere per artes:  
Quique sui memores alios fecere merendo.*

Cum hoc autem omne proveniat à summa prudentia, qua regulas, vivendique leges noster Excellentissimus Fundator nobis confecit, atque stabilivit, satis iam manifestum est, quantum Hispania gloriari debeat in eo quod Regnicolam adeò præstantis, & nobilis animi, eiusque ita benefactorem produxerit; audacissimus verò ego iudicaret, si ad tantum Princepem, dilectissimumque mihi Dominum meum sermonem vellem convertere, quapropter concludere iam non dubito, pro me in eius gloriam silentiosè fari relinquens tot eius egregij, atque pij spiritus monumenta, quæ per omnes nostri Regni Provincias dispersa extant, in quibus (etsi vastæ celsitudinis) solum nostri maximi Collegij constructionem ad quam aliquando devenire meditabatur, simulare apparebat, nam.

*Virg. 1. Æneid. Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*

Hoc igitur perfectissimum, suæque ideæ aptissimè respondens opus ipsius factorum corona extitit, alia enim non ita magna præclarissimis eius facinoribus dedecere; absolvo equidem hic subiiciendo duos alios iam in Collegas electos quando hæc Constitutionum excusio fuit finita. Primus Lic. D. Iosephus à Castro, & Peña, Granatensis, necnon ex Civitate de Almeria. Secundus Lic. D. Philippus Gonzalez de Arango, & Queypo, ex oppido de Agones. Die 2. mensis Novembris, anni supradicti, iam à festo Sancti Lucæ in Rectorem adscito dicto Dño Lic. D. Aniano de Caravajal, & Pacheco, ipsiusque (quia abest) Vices gerit dictus Ds. Lic. D. Iosephus del Campo Rodriguez de Salamanca.

INDEX



# INDEX RERUM

## CONSTITUTIONIBUS CONTENTARUM.

C. Constitutionem significat. T. Tomum. Numerus sequens indicat paginam.



**A**BSSENTANTES se sine licentia sunt collegio privati, tom. 3. cap. 15. fol. 38.

Abtens in vno anno plusquam quadrimestre collegio privatur, ibidem.

Absentes nomine collegij possunt esse absentes tanto tempore, quanto negotij qualitas exegerit, ibid.

Admittendi ad collegium debent esse Christiani antiqui, & qui dicantur, tom. 2. c. 2. p. 26.

Admittendi ad collegium sint natione Castellani, ibid.

Admittendi ad collegium tenentur legere textum sibi assignatum à Rectore præcedente die, tom. 2. c. 6. pag. 28. ibi qualiter debeat fieri examen, & quando assignatur textus, debet de vsu vocari consiliarij, vt cesset fraus.

 Recedens à mensa ante ultimam benedictionem sine licentia Rectoris die sequenti portione privatur, tom. 3. c. 4. p. 31.  
 Redditibus crescentibus residuum factis expensis ordinarijs, & extraordinarijs ponatur in arca minori, tom. 4. c. 7. p. 46.  
 Redditibus decrecentibus minuuntur expensæ extraordinariæ, & postea ordinariæ, ibid.  
 Rixantes intra collegium arbitrio Rectoris puniuntur, tom. 5. c. 5. p. 50.  
 Rixantes venientes ad verba per mensem priventur, ibidem.  
 Rixantes, qui non possunt sedari per Rectorem, puniuntur per Visitatorem, qui si non iustitiam ministraverit ad Patronum recurratur, tom. 5. c. 23. p. 54.  
 Rector non potest esse, qui à die suæ receptionis non annus, & dimidius transierit, tom. 5. dec. 10. p. 66.  
 Rector qualiter non datis habilibus eligatur, tom. 6. stat. 29. p. 83.  
 Rectoriæ officium fors mittitur inter tres, tom. 5. decl. 11. p. 67.  
 Rector ante finitum officium faciat provisiones sub pœna 10. florenorum, tom. 6. stat. 2. p. 71.  
 Rector nullum negotium optare potest, tom. 6. stat. 26. p. 82.  
 Rectori futuro dentur omnia à prædecessore per inventarium, & idem in reliquis officijs, tom. 7. stat. 15. p. 96.  
 Rector privans voto aliquem, punitur, nisi prius transierint 30. dies ante actum faciendum, tom. 7. stat. 19. p. 97.  
 Relatio veritatis collegij circa unionem beneficij de Villanueva de la Xara, & quid faciendum, tom. 7. p. 104. p. 112.  
 Rector qualiter eligatur, tom. 7. vers. *En election se meten los nombres.*  
 Rectore infirmo, vel absente quis eius vices teneat, tom. 3. cap. 19. pag. 40.

S

Salmantica viget insignis Universitas, & Studium generale, pag. 7. *In principio nulla*, de cuius laudibus, & ambitu scribit Lucius Sicutus Marineus in Historia sua antiquiori, p. 5 & de laudibus illustriissimi Fundatoris, & eius nobilissima Profopia, tradito; ipse in sua iuniori historia, libr. 24. de Viris illustribus Hispaniæ, fol. 163.



- Salmantini non possunt esse Rectores, tom. 1. cap. 4. p. 27.  
 Salmantini possunt, si visum fuerit non elegi, tom. 2. cap. 2. p. 26.  
 Salmantini duo possunt eligi, ibidem.  
 Salaria Collegij qualiter solvantur, tomo 4. cap. 7. p. 44.  
 Salarium Visitatoris sit 4. ducatorum, tomo 4. cap. 13. p. 48.  
 Sexta feria est ieiunanda à Collegis in reverentiam Palsionis, tom. 3. c. 8. p. 34.  
 Semel collegialis non potest amplius esse collegialis per electionem, tomo 3. cap. 4. p. 17.  
 Sermo latinus in mensa, & capella, & in disputationibus loquendus, tomo 3. cap. 17. p. 58.  
 Secreta Collegij sine licentia maioris partis capellæ pudentes privantur Collegio, tomo 5. cap. 12. p. 53.  
 Secreta illa, quæ sint, dignoscitur ex dicto Rectoris, & consiliariorum, ibidem.  
 Spensæ informationum ante receptionem collegiarum percipiuntur, dandoque pignora intra 2. menses tenetur ea liberare, aliàs iussu capellæ interim privatur, tom. 6. stat. 9. p. 73.  
 Subscribere tenetur collega, quod à maiori parte collegij factum est, tom. 7. stat. 18. p. 97.

## T

- Tangens citharam sine licentia Rectoris arbitrio eius, & consiliariorum puniatur, tomo 5. cap. 9. p. 52.  
 Tangi potest in camera, dummodo non sit scandalum vicino, ibidem, & horis debitis, & ianuis clausis.  
 Tempus capellanorum est perpetuum, tomo 1. cap. 9. p. 23.  
 Tempus existendi collegæ in Collegio est octo annorum, tom. 3. cap. 14. p. 37.  
 Tempus absentia collegarum, vel capellanorum causa domus de mandato Rectoris non computatur in octo annorum, ibidem.  
 Tempus absentia collegarum, vel capellanorum detur secundum exigentiam negotij, tomo 3. cap. 15. p. 37.  
 Tempus quadrimestre datur pro absentia quolibet anno, & quando annus incipiat, ibidem, nisi fuerit causa domus.  
 Tenentes claves Arcarum non revelent pecuniam alicui, tom. 4. cap. 9. p. 47.  
 Theologi possunt audire biennio canones, tom. 2. c. 1. p. 25. & tom. 5. c. 11. p. 53.  
 Theologi præferuntur canonistis in sessione mensæ, & alijs in paritate graduum, tom. 3. cap. 6. p. 33.  
 Theologi post quadriennium tenentur publicè conlocari, tom. 3. c. 18. p. 39.  
 Theologi moniti, & sufficientes, nolentes prædicare priventur à portione mensæ per hebdomadam, ibidem.  
 Tutor sit salariatus, tom. 4. c. 8. p. 44.  
 Tres sunt, de quibus fors Rectoria mittitur, tom. 5. decl. 11. p. 67.  
 Tempus absentia familiarium, quod sit, tomo 6. stat. 15. p. 76.

- Tempore interdicti potest celebrare missa in Collegio coram familiaribus, & collegis, tomo 7. p. 111. p. vers. Item per Bullam.  
 Tauris videndis nullus extraneus potest ad esse præter Collegas, & in quibuscumque alijs festis, tom. 7. p. 112. versic. En los campos.

## V

- Vesperæ quando debeant dici, tomo 1. cap. 5. p. 20. & vesperæ solemniter missæ, & matutina, quibus diebus in cantu dici debeant, & quibus diebus etiam officium defunctorum, & missæ pacis sint celebrandæ, tom. 7. p. 100.  
 Veniens post benedictionem privatur carnibus, & seder ultimus, tom. 3. cap. 4. p. 32.  
 Veniens ante finitam benedictionem primam, vino privetur, supra.  
 Veniens ad mensam post quàm omnes sederint, ultimus sedeat, tom. 3. c. 6. p. 33.  
 Vestis collegarum, & capellanorum debet esse rotunda undique ad talos, tom. 3. c. 11. p. 35.  
 Vestis detur collegis, & capellanis, & familiaribus de biennio in biennium, ubi supra.  
 Vendens vestem sibi datam ea vice ea privetur, ibidem.  
 Vendens candelas, candelis privetur dum in Collegio manserit, tom. 3. c. 12. p. 36.  
 Veniens ad Collegium clausis ianuis, si pulsaverit noctu, pro prima vice in die sequenti, in pane, & aqua pœniteat, pro secunda per mensem, pro tertia collegio privetur, tom. 5. c. 10. p. 52.  
 Verbum dictum Rectori an sit iniuriosum, consiliarij eodem die terminare teneantur, tomo 5. cap. 12. p. 53.  
 Viciati corpore non admittantur in collegas, tomo 2. cap. 2. p. 25. & absque aliqua specie alicuius morbi contagiosi. Solet etiam considerari, ut oppositores ad Collegium ne sint facie deformes, argum. 1. Regum, cap. 17. ibi: *Erat autem visus aspectu, decoraque facie: talos enim pulchri nescio, quid boni latentis habent; ut ibi dicitur: Virum pulchrum, & Dominus erat cum eo: faciet enim deformis vix potest habere bonos mores, ut Principi Medicorum visum est, libr. 2. de temper. c. 6. & libr. 1. & 11. de vltu partium.*  
 Visitatio camerarum, vide supr. verb. Rector.  
 Vinum tantum, & quantum honestati suffecerit, & necessitati, tomo 3. cap. 3. p. 31. nam ubi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor, cap. vent. 35. dist.  
 Vinum Salmantinum ematur potui collegarum, & non peregrinum, tom. 4. c. 5. p. 45.  
 Visitatio collegarum, & collegij fiat quolibet anno, & incipiat à festo S. Martini, diffiniatur in festo natalis Christi, tom. 4. c. 12. p. 47.  
 Visitator sit vnus Canonicus, aut dignitas Ecclesiæ Salmantinæ, ibidem.  
 Visitator tenetur iurare de servando secreto, & utilitatem, & honorem collegij procurabit, ibidem.  
 Visitator vno anno infra biennium eligi in Visitatore non possit, ibidem.  
 Visitator debet petere iuramentum à collegis, & postea visitare, tom. 4. c. 13. p. 48.  
 Visitator potest expellere collegam iuxta tenorem Conf-

- Constitutionis, ibidem.  
 Vna pani quo vestiuntur collegæ, sit valotis viginti regalium: familiarium autem pretio decem regalium, tom. 3. c. 11. p. 35.  
 Vestium insignia, & colorem eligendi, fuit facultas concessa fundatori per Bullam, tom. 3. p. 8. vers. Et Collegialibus insignijs, & ante datam Bullam multis annis Illustrissimus Fundator dum esset Gandavi anno 1500. præfatum Collegium nostrum habebat, primo collegæ habitare propè Ecclesiam S. Adriani, dum Collegium ædificaretur auctoritate Regis Deinde translatum fuit anno 1506. ut commodius propè Scholas viverent via publica, quæ vulgariter dicitur (Calle de Serranos) ut constat ex incorporatione Vniversitatis, quæ reperitur, & est in Archivo Vniversitatis: ultimo autem, quia iam propria domus erat constructa in propria domum translata fuere.  
 Visitatio debet esse scripta manu propria Visitatoris, tom. 4. cap. 12. p. 47. sub verbo honorem: aliàs non obtemperatur, cum sit contra constitutionem mandantem secretum servari: & si manu sit aliena scripta, non servatur, & ita fuit obtentum, Rectori Alberi, & Visitatore Magistro Sancio, & demum debet esse firmata, & sigillata, & traditur Rectori, & collegis vigilia Nativitatis, congregatis in capella, quæ statim ponitur in Archivo, nec legitur vique ad vnum diem post Circumcisionem, noctu, clausis ianuis, congregatis omnibus in capella, postea si est secundum Constitutionem, obtemperatur, si minus non, & hæc ex praxi consueta, & vide, tom. 7. à num. 48. vique ad 52. p. 118.  
 Visitari debet quolibet anno locus de Silleros per collegas, ad sciendum longitudinem, & latitudinem terminorum, tomo 6. stat. 10. p. 73.  
 Vota dentur secretè, nec antea revelentur pœna vnus auri tomo 6. stat. 16. p. 76.  
 Votum potest absens alteri relinquere, tomo 6. stat. 31. p. 84.  
 Visitator cuius qualitates debeat esse, & in quo consistat eius officium, tomo 7. stat. 1. p. 91.  
 Voto privari aliquis collega per Rectorem non potest, nisi prius transeat 30. dies vique ad actum faciendum, tomo 7. stat. 19. p. 97.  
 Vota abientium valent ad impediendam electionem quocumque tempore, tomo 7. stat. 25. p. 99.

- Visitatio capellæ Collegij per Episcopum non facienda, tom. 7. p. 111. vers. *Primeramente.*  
 Venientes Collegæ ex omnibus 4. Collegijs Maioribus ad acta publica Vniversitatis primum locum obtinet Collegium Div. Bartholomæi, secundum Collegium novitum, quia ex omnibus alijs est antiquius, nam præter incorporationem antiquiorem cum Vniversitate, obtinuit nostrum Collegium circa præcedentiam sessionis, & locorum secundum locum, ut fuit determinatum in hac Vniversitate, ut constat ex libris Vniversitatis, in quibus patet: qualiter in quadam controversia circa locorum sessionem habita inter nostrum Collegium, & Collegium Archiepiscopi, quod Archiepiscopi Collegium fuit condemnatum, & ultimo loco sedere iussim.  
 Valet multum ad utilitatem Collegij, ut omnes libri determinationum Capellæ in Archivo observentur, ut ex illis constare possint gesta in Collegio in ævum, necnon libri receptionum, ut memoria collegarum habeatur, ut colligitur ex cap. fin. tom. 2. p. 28.  
 Visitatio rectorum est facienda singulis mensibus per operarium maiorem Collegij, ut domus conservetur. Nam sicut fumus expellit habitorem, ita stitidum ruinam parat, ut colligitur ex argumento, tomo 4. cap. vers. *Que lapsa sum 21. p. 48.*  
 Vile est, ut oppositorum informationes ad familiaritas comitantur familiaribus, aut committarijs S. Inquisitionis illius districti, ubi est facienda informatio cum mandato Collegij iuxta tenorem mandati tomo 7. 103. mutatis mutandis, vide licet (que d'an poder à los familiares, y comissarios de el distrito de N. ò al Cura de el dicho Pueblo en defecto de familiar, ò comissario, y à cada vno de ellos in solidum, para que ante la Justicia Ordinaria haga informacion, al tenor de las preguntas, por lo menos con seis testigos, Christianos viejos. Y el dicho Informante, al cabo em bie su parecer jurado en publica forma) ut colligitur ex statuto 6. septimo tom. p. 93.

## X

- Xenium particulare non introducatur in refectione, supra verbo: *Sculentur.*  
 Xenium, seu monusculum oblatum collegæ spe alicuius electionis redditur inhabilis, tom. 2. c. 26. nam quocumque munus excedat recipientem, ut habetur in sacra Scriptura.

FINIS.

ERRATA

BIBLIOTECA  
UNIVERSITARIA  
DE SALAMANCAUNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

CREDITOS.USALES

ERRATA SIC CORRIGITO.

Pag. 1 lin. 35 fugentibus, lege *fungenibus* Pag. 7 lin. 20. Praefens, lege *Praefes* Pag. 10. lin. 7. praefuinos, lege *praefuinos* Pag. 11. lin. 13. Corpus Christi, lege *Corporis Christi* Pag. 28 lin. 5. Opositionitus, lege *Opositionitus* Pag. 39 lin. 8. qua, lege *qui* ibid. lin. 18. Spirituoli, lege *Spirituoli* Pag. 47 lin. 17. vadad, lege *vadat* Pag. 54. lin. 20. fuerit, lege *fuerit* P. 58. lin. 13. vica, lege *vica* Pag. 97. qua est et 2 lin. 9. cchj, lege *cois* Pag. 76 lin. 3. permiserit, lege *permiserit* Pag. 85. lin. 27. posterit, lege *poterit* Pag. 86. lin. 3. exercitum, lege *exercitium* ibid. lin. 29. pro numerum, lege *pro numero* Pag. 92. lin. 31. familiarum, lege *familiarum* P. g. 101. lin. 4. pareat, lege *pareat* Pag. 104. colum. 2. lin. 37. Aguilas, lege *aguilas* Pag. 109. colum. 2. lin. 40. conciera, lege *concediera* Pag. 134. colum. 1. lin. 19. avifado, lege *avifa* Pag. 139. lin. 18. ipsis, lege *ipsum* Pag. 144. lin. 5. Pen- trez, lege *Benitez* Pag. 145. lin. penult. exclament, lege *exclamet* Pag. 159. lin. 23. in secundo, lege *in secundum*.

SALMANTICAE. Anno 1723.

Ex Typog SEBASTIANI AB ESTRADA.



FINIS.

ERRATA

BIBLIOTECA  
UNIVERSITARIA  
SALAMANCA



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

CRÉDITOS USALIA

Jacobi nomine insigniti sumus. Capella autem eiusdem Collegij eidem D. Jacobo Zebedæo assignetur.

## CAP. II.

*De Patrono Collegij ex sanguine nostro.*

**I**TEM volumus, & ordinamus, quod de Familia, & genere nostro sit perpetuo vnus Patronus dicti Collegij, qui quantum in eo erit, defendat, & tueatur Collegium nostrum, & res ad illud pertinentes. Volumus autem, quod Patronus primus post diem obitus nostri, si fuerit tamen superstes, sit nepos noster ex fratre Antonius Ramirez de Haro, Episcopus Auriensis quandiu vixerit. Post cuius obitum succedat alter nepos noster etiam ex fratre Petrus Ramirez, & eius filius primogenitus ex legitimo matrimonio, & sic successivè: quo sine liberis decedente, succedat Eugenius Ramirez Carrillo, & eius successores. Quibus omnibus deficientibus, succedat in Patronatu is, qui fuerit magis nobis sanguine coniunctus ex parte patris nostri. Qui quidem Patronus duos (a) scholasticos præsentare valeat, & habeat ius præsentandi illos, vnum ad audiendum Theologiam, & alterum ad Ius Canonicum, seu Civile: qui si fuerint qualificati, vt nostra hæc statuta disponunt, Rector, & Collegæ illos omninò recipere teneantur absque vlla dilatione. Qui quidem, si fuerint ex sanguine nostro, possint etiam inter se esse consanguinei. Sed ne ex hoc in superbiam efferantur, volumus, quod nunquam aliquis eorum (b) in Rectorem eligatur. Idem etiam volumus de scholasticis Salmanticæ natis. Isti verò duo per Patronum præsentandi possint esse nati in diocesi Conchensi, & illorum vnus ex opido de Villascusa, in quo nos orti sumus. Itaque si in opido de Villascusa repertus fuerit vnus Scholasticus, qui habeat qualitates requisitas, prout nostra statuta disponunt, Patronus illum requisitus necessariò præsentet, & Rector, & Collegiales teneantur illum recipere absque vlla tergiversatione, qui si fortè malitiosè distulerint illos ad prædictum Collegium admittere, per Patronum compellantur, & per Visitatorem puniantur atrociter tanquam ingrati. Volumus nempe patriæ nostræ hoc beneficium conferre. Valeant tamen eligi alij tres per Collegas vbivis in prædicta diocesi orti, non obstante statuto de certo numero (c) Collegialium in vna diocesi natorum: nempe hac prærogativa volumus Conchens. Episcopatum gaudere, quia mag-

(a) Idem determinavit, & mandavit Illustris. Fundator in ipso testamento, vt constat ex illo, cuius data est 9. die Ianuarij, anno 1521. coram Ferdinandi de Vallejo, Notario Camera Regis, & idè fuit obtentum vt constat ex sententia lata in fauorè Patroni, anno 1579.

(b) Vide declarationem 13. Antonij Ramirez Episcopi Segouien-sis.

(c) Constit. 2. tom. 2.

magna ex parte Collegium istud ex fructibus illius construximus. Si verò aliquo tempore non reperirentur idonei scholastici in prædicta Diocesi Conchensi nati, nec in oppido de Villascusa: tunc possit illos præsentare Patronus, vel ex Malacitana, vel Astoricensi Diocesi. Quibus nos aliquando Deo concedente præsumimus, vel vndecumque ex Regno Castellæ ortos illis deficientibus. Quod si post vitam prædicti Episcopi Auriensis nepotis nostri, contingat aliquem ex sanguine nostro etiam Episcopali dignitate esse præditum, talem volumus vnum ex his duobus scholasticis posse præsentare, alium verò, Patronus præsentabit. Non existente verò ex genere nostro aliquo Prælate, præsentatio prædictorum duorum scholasticorum ad prædictum Patronum laicum devolvatur, qui tunc temporis fuerit.

## CAP. III.

*Quot Capellani, & quales, & vnde esse debeant, & per quos recipiendi: & de iuramento eorum.*

**I**TEM statuimus, & ordinamus, quod in præfato Collegio sint perpetuis futuris temporibus duo Capellani, Clerici, seculares, natione Castellani, vitæ laudabilis, ac honestæ conversationis, qui habeant ab Episcopis suis litteras dimissorias testimonium perhibentes, quod non est in eis impedimentum, quo minùs divina celebrare valeant. Erit autem conveniens, quod sint Theologi, vel ad minùs vnus eorum, qui eligantur à Rectore, & Collegialibus, in quibus si fuerit disparitas vocum, valeat ea pars, in qua plurimum vota conuenerint. Quod si numero pares fuerint: illa pars præferatur, in qua Rectoris (a) vox accesserit. Qui antequam assumantur, iurabunt in manibus Rectoris, & in sacrosanctis Evangelijs, præsentibus Collegis, quod omnia illa statuta Collegij edita, (b) & edenda, prout ad eos spectant, inuolabiliter observabunt, & quod edita à die receptionis suæ vsque ad mentem perlegere curabunt, & ipsi Rectori reverentiam, & obedientiam debitam exhibebunt, sibi obediendo in licitis, & honestis. Et quod istarum Constitutionum revocationem, seu mutationem per se, vel per alios modo aliquo nunquam procurabunt, nec procurari consentient requisiti: iura, libertates Collegij defen-

(a) Votis equalibus prævaleret, ubi Rector accesserit.

(b) Qua iurare debeant noviter electi, & infra cap. 7. tom. 4.



defendent: & quamdiu in ipso Collegio permanebunt, si sciverint contra ipsum aliquid fieri, revelabunt, ut melius, & citius commodè potuerunt bona fide, remota cuiusquam amicitia, odio, consanguinitate, & quod nunquam erunt contra Collegium.

## CAP. IV.

*Quod Capellani communem vitam cum Collegis habeant: de electionibus tamen Rectoris, Consiliariorum, & Collegarum, & de negotijs Collegij non se intromittant.*

**S**TATUIMUS præterea, & ordinamus, quod prædicti Capellani vitam communem habeant cum cæteris Collegis in victu, & vestitu. Et quoniam caractere Sacerdotali insigniti sunt: sedent in mensa post Rectorem. Et si aliquem eorum doctorari contigerit: iuветur ab Arca Collegij eo modo, quo cæteri, de quibus statuimus.

## CAP. V.

*Quomodo Capellani se habere debeant circa divinum officium, tam in festis, quam in ferijs.*

**S**TATUIMUS præterea, & ordinamus, quod prædicti Capellani divinis officijs deserviant per modum, qui sequitur. Vnus enim eorum singulis diebus Missam celebrare teneatur de tempore, facta tamen semper commemoratione nostri, cum vivimus: & post mortem, nostri, & Parentum nostrorum, præter quam in diebus solemnibus: in quibus præfata commemoratio omitti valeat. Quæ quidem Missa ita inchoetur, quod ante tempus intrandi in scholis ad lectiones ordinarias compleatur: si tamen uterque Capellano- rum quotidie celebrare voluerit, devotionem eorum in Domino commendamus. In festis tamen duplicibus, videlicet Natalis Domini matutinas horas ipsi, & Collegiales decantare procurent, & Missam Maiorem, & Vesperas dicant ipsa prima die cum duobus sequentibus: & primas Vesperas ante diem Nativitatis: similiter faciant in Festo Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, & in Conceptione, Annunciatione, Nativitate, & Assump-

Assumptione Beatæ Mariæ Virginis, & in Nativitate Ioannis Baptistæ, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & beati Jacobi Hispaniarum Patroni, & Omnium Sanctorum, & Commemorationis defunctorum. In quibus omnibus primas, & secundas Vesperas cum Missa maiori in cantu dicere teneantur. Est enim eisdem à Sede Apostolica concessum, quod audientes divinum officium ita satisfaciant, ac si in matrice Ecclesia audirent: hortamur autem Collegas, & Collegij familiares (si tamen aliàs ad rem idonei sint) quod Capellanos inveniunt in divini officij celebratione: & quod, si eisdem molestum non est, matutinas cantent in diebus Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corpus Christi, & Assumptionis V. Mariæ: quas cantare poterunt in præfatis diebus, vel in crepusculo noctis, postquam ianua Collegij clausa est, vel dici.

## CAP. VI.

*De Missa pacis, & anniversarijs dicendis.*

**V**OLUMUS præterea, & ordinamus, quod septimâ die Decembris, qua Romana Ecclesia B. Ambrosio festa persolvit, Capellani, & Collegiales in dicta Capella Collegij Missam pro pace, & concordia Collegarum, & conservatione Collegij, & pro benefactoribus domus solemniter celebrare teneantur. Dicant præterea officium defunctorum nona die Maij: ut octava die dicant in Capella vespas defunctorum, & matutinas cum novem lectionibus, & die sequenti Missam pro defunctis in cantu: similiter faciant 6. & 7. die mensis Februarij pro redemptione animarum patris, & matris nostrorum: similiter faciant ea die, qua nos viam universæ carnis ingredi (disponente Deo) evenerit. (a) Qua die Collegiales omnes defunctorum officium integrè persolvant.

**D**IDACUS Ramirez bonus appellatus xxxiiij. huius Ecclesie Episcopus Villascusa de Haro, huius Conchens. Dioceseos ortus, in sacra Theologia, divino, humanoque iuribus omnium ferè suo tunc temporum doctissimus, omnibusque alijs, tum animi, tum corporis dotibus, ita ornatus, ut quocumque loco natus esset, fortunam sibi ipsi facturus videretur; à prudentissimis, & Catholicis Regibus Ferdinando, & Elisabeth, ob ingentem eius litterarum, & virtutum opinionem ascitus, primo Astoricensi, postea Malacitanæ, & demum

(a) Proove vea  
ni ii. die men  
sis Augusti  
1537. ut cõs-  
tat ex diplo-  
matè, quod  
vulgariter ap-  
pellatur Li-  
bro de la Pre-  
ciosa, qui est  
in Archivo  
Ecclesie Ma-  
ioris Conchens.  
cuius trasump-  
tum est Jea-  
quins.



Conchensi Ecclesijs præsuit, Ioannæque Regine, Philippi Regis uxoris, supremus Capellanus factus, invidiosissimum Carolum V. Romanorum Imperatorem Hispaniarumque, & Germaniæ Regem eorundem Regum filium, sacro Baptismatis fonte abluit: Capellam insignem in propria patria, & nobile Collegium in Gymnasio Salmantino sumptuosiss, & magnificis edificijs construi fecit, maximisque proventibus dotavit. Qui post ingentes legationes eorundem catholicorum Regum nomine ad Franciæ, & Angliæ Reges summa cum prudentia, & auctoritate peractas, Cancellariamque Regiam Vallis-Oletanam, aliaque quam plurima publica Regia munera prudenter administrata, & demum per plures annos Ecclesiam Conchens. propria presentia sapientissimè rector, in eadem Ecclesia cunctis bonis maximum de se desiderium relinquens, omnibus facultatibus suis prius inter suos, & pauperes distributis, Sabbato ad horam octavam 11. Augusti, Anni 1537. fato concessit. Fuit admissus ad possessionem Episcopatus 23. Iunii 1518. Est sepultus intra cancellos Capellæ maioris.

(\*) Super eius Sepulchrū hac sunt sculpta.

\* D. O. M.

Didaco Ramirez Conch. Episcopo Viro Raro, & Doctissimo, cui tanta vis animi, ingenijque fuit, ut ad id vnum natum diceres, quodcumque ageret. Obijt anno 1537.

**CAP. VII.**

*Cui ornamenta, & iocalia Capellæ debeant consignari.*

**V**OLUMUS præterea, ut divinum officium ordine debito peragatur. Quod vni ex Capellanis (cui Rector, & Consiliarij iniunxerint) paramenta omnia dictæ Capellæ, libri iocalia, & calices cum patenis, & omnia, & singula sibi commissa, & commendata diligenter custodire, parare, & tradere, prout divina officia celebranda requirunt, teneatur: & iuret (a) quod extra Collegium nihil præfatorum donabit, neque commodavit sine expressa Rectoris, & Consiliariorum licentia. Inventarium autem, & Capellani iuramentum in arca eiusdem Collegij ponetur, & Collegij Rector tantundem habebit, & sequenti Rectori reddet, quum primum fuerit electus: dentur autem Capellano pro huius ministerij cura, & labore singulis annis quatuor floreni auri de Aragonia.

(a) Quid iurare debeat custos ornamentorum.

**CAP.**

**CAP. VIII.**

*De pena Capellanorum, qui divinis officijs non interfuerint, & quod nullum officium habeant, per quod servitium impediatur.*

**V**OLUMUS præterea, & statuimus, quod Capellani divino officio (ad quod tenentur) semper interfuerint. Quod si absentes fuerint eadem die mensæ portione privati sint: si verò eorum aliquis Rectori fuerit inobediens: per eundem Rectorem, & Consiliarios debita pœna puniatur. Et ut liberè deservire valeant, nullum ministerium, vel officium (b) intra Collegium, nec extra eis iniungatur, quod divino officio præstare impedimentum valeat.

(b) Capellani nullum officium habeant.

**Cap. IX. Per quod tempus Capellani in Collegio permanere possint, & per quem corrigi.**

**V**OLUMUS præterea, & statuimus, quod Capellani prædicti possint in servitio dictæ Capellæ ultra octo annos quanto tempore voluerint (c) permanere: dummodò officium suum benè, laudabiliter, ac diligenter adimpleverint. Quorum defectus, negligentias, sive excessus Rector cum consilio Consiliariorum corrigat. Nec inde expellantur nisi inordinati, aut seditiosi, seu inutiles fuerint, vel alia iuxta causa arbitrio Rectoris, & Collegialium occurrerit, propter quam expellendi viderentur.

(c) Capellani perpetui.

**Cap. X. De officio peragendo à Collegio.**

**I**TEM quia Scholasticos beneficiū in Collegio recepturos ingratos (a) esse cupimus, eos in Dño hortamur, quod nostri, & parentum nostrorum animas semper in suis orationibus devotè Dño cōmendent, & pro dicto beneficio in domo Dñi aliquid offerant pensionis. Volumus itaque & statuimus, quod singuli Collegæ ad sacros ordines promoti, vel aliquod beneficium, etiam si parvum sit, obtinentes, breviarium habere teneantur. Et horas canonicas dicere secundum morè Romanæ Ecclesiæ: ad quod privilegiati sunt, dicere (b) teneantur: Scholastici verò, qui nec sacros ordines, nec beneficium habent, singulis diebus officium defunctorum cum vesperis, & matutinis persolvant. Hortamur præterea eos, ut singulis hebdomadibus

(a) Iuxta illud Pauli ad Coloss. cap. 3. Grati estote, & Proxer. c. 17. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malū à domo eius.

(b) Ordinatus oratione sacro, vel beneficiū habens, tenetur horas dicere.

septem

septem Psalmos pœnitentiales cum litanijs, & orationibus dicere velint pro redemptione anime nostræ, & maiorum nostrorum.

Cap. XI. *De audienda re divina, & ministerio ab Scholasticis in capella præstando, & de absentium mulcta.*

**I**TEM volumus, quòd quilibet Scholaris legitimo impedimento cessante (de quo Rectori fidem facere teneatur) singulis diebus Missam (c) audiat. Quod si non fecerit, in duobus marapetinis mulctetur: quos in fine mensis cuiuslibet, personæ per Rectorem electæ solvere teneantur sub pœna privationis portionis Collegij per vnum diem: qui quidem collector infra biduum Rectori pecunias collectas tradat, quæ receptori redituum Collegij consignentur: quas in libro receptionis scribere teneatur. Qui verò in Missa pacis, (d) aut in anniversarijs, de quibus supra, absens fuerit portione Collegij sit privatus per duos dies. Ordinamus præterea, quòd Scholastici divino officio interessentes (si sint habiles ad cantandum, vel legendum cum Capellanis, & cæteris cantantibus) simul cantent, & legant memores (c) David Regis, & Prophetæ, qui ex devotione non erubuit coram arca Dñi saltare, & canere, illud etiam ad mentem revocantes, servire Dño, regnare est.

Cap. XII. *Quibus temporibus Rector, & cæteri Collegæ confiteri debeant, & corpus Christi suscipere.*

**P**RÆTEREA, quia in Evangelio (f) scriptum est, nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et Iacobus (a) Apostolus dixit: Confitemini alterutrum peccata vestra. Et Ecclesia in Concilio generali statuit. Ut omnes (b) utriusque sexus fideles saltem semel in anno sua peccata confiteantur: & quoniam antiquo iure statutum erat, ut saltem ter in anno fideles corpus Dñi acciperent, & quoniam viros Scholasticos vna in domo commorantes sanctius, quàm alios vivere decet. (c) Idcirco statuimus, & ordinamus, quòd Rector, & Collegæ confiteri intra Capellam Collegij, & non alibi, (d) & corpus Christi devotè suscipere teneantur in festis Natalis Christi, & Resurrectionis: alij verò hac die, & alijs præcipuis festis cõmunicantibus auctoritate Apostolica, qua fungimur, decem annos indulgentiæ de pœnitentijs iniunctis indulgemus. Rector (e) verò, qui alios exemplo præcedere debet, etiam

(c) Missa singulis diebus audienda.

(d) Qua dicitur de bet. ex c. 65. eodè, ubi pro concordia, & pace, thesaurus enim pacis & concordia dicitur. Eccles. c. 25. & Prover. c. 18. Frater, qui adiuvetur à fratre quasi Civitas firma.

(c) Vt habetur 2. Reg. 16.

(f) Ioan. cap. 6.

(a) Cap. 5.

(b) Tit. de pœnit. & remis.

(c) Eucharistia non alibi, quàm in capella assumatur Collegij, nec decet.

(d) Cap. et si non, cap. seculares de conf. dist. 2. & ante cõmunionem, à quibus se abstinere, cap. omnis homo, de conf. dist. 2.

(e) Rector teneatur Eucharistiam sumere in festo assumptionis Virginis Mariae.

etiam communicabit in festo Assumptionis Virginis Mariæ. Non communicantes verò in festis Natalis, & Resurrectionis prædictis priventur victu communi, donec communicaverint.

**SECUNDUS TOMUS.**

Secundus tomus disponit numerum Collegialium ad Collegium recipiendum, & de scientijs, quibus debent operam dare, & de eorum aetate, & qualitate, & de electione eorum, & examinatione, & receptione, ac iuramenti præstatione.

Cap. I. *De numero Collegarum, & facultatibus, quibus debent operam dare.*



**S**TATUIMUS, & ordinamus, quòd ad Collegium recipi valeant viginti Scholares: quorum octo sacre Theologiæ: octo Iuri Canonico: duo Iuri Civili, & duo Medicinæ operam dent. Qui postquam admissi fuerint ad aliquam dictarum facultatum, ad aliam non se transferant: sed circa eam, ad quam admissi sunt diligenter intendant. (f) Permittimus tamen, & consulimus Theologis, quòd per biennium, aut triennium Iuri Canonico intendant, ut commodius Ecclesiarum regimini prodesse valeant, si quando eis in eisdem residere datum sit: Canonistæ verò (si voluerint) per quinquennium leges audire valeant: sicut in Adriani Bulla continetur. Sic tamen quòd Theologi primo quadriennio soli Theologiæ, Canonistæ verò soli Canonico Iuri operam dent. Sed quoniam iuxta Hieronymum conturbat (a) acumen legentium, qui seculares libros legendos prohibet: idcirco nulli eorundem Collegarum prohibemus, quin aliquando (si velint) humanis litteris se immisceant, sic tamen quòd ab eis non absorbeantur.

Commutatio in dos Iuris per se Sanit ad in la re toria de Iuris de Cavajalio 612 como se ve en el libro fol. 178.

Cuius Bulla fit in principio barana Confis.

(f) Vide declarationem 14. Episcopi Segovienis.

(a) Cap. turbas. 37. distincti.



## Cap. II. De ætate, &amp; qualitate ad Collegium recipiendorum.

**S**TATUIMUS præterea, quod ad Collegium admittendi sint ætatis viginti quatuor annorum completorum, & qui honestæ vitæ, & conversationis fuerint, non coniungati sani corpore, pauperes: ita quod in patrimonio, aut in beneficio nõ habeant ultra summam viginti ducatorum aureorum. (b) Et si in Collegio residentes ultra hanc summam redditus fuerint assequuti, pacifica possessione habita sine fraude Collegio exire teneantur. Non sint regulares in aliquo ordine, non descendant per aliquam lineam (c) ab his, qui pro hæresi fuerunt condemnati, vel reconciliati publicè, vel occultè. Sed sint Christiani antiqui. Christianos antiquos (d) intelligimus eos, quorum parentes, sive patres, & avi, attavi, & maiores semper fuerunt habiti publicè, & occultè pro Christianis antiquis. Ita quod nullo modo descendant ex genere Iudæorum, vel Mauro- rum. De quo antequam ad Collegium eligantur vnus ex Collegialibus, vel Capellanis expensis recipiendi, vel recipiendorum ad propriam patriam, vel locum talis recipiendi vadat, & afferat publicum instrumentum quinque ad minus testium fide dignorum, qui sint contestes comprobantes talem recipiendum esse idoneum, & nullo modo trahere originem à Iudæis, vel Mauris, alioquin nullo pacto recipiatur, etiam quantumcumque aliàs qualificatus existat. (e) Sint natione Castellani, in quo etiam Regnum Granatæ includi volumus, quod præstante Domino tempestate nostra per invictissimos Ferdinand. Regem, & Elisabeth Reginam benefactores nostros ab infidelium manibus creptum est. De Regnis verò extraneis, videlicet Franciæ, Aragoniæ, Navarræ, & Portugaliæ, & de Provincijs Vizcayæ, & Galleciæ vnus duntaxat ex qualibet assumi valeat: & vt monopolij occurratur, de vna diocesi non eligantur nisi duo: quorum loca nativitatis per quinque ad minus parasangas, sive leucas distent. Nullus Collegiarum sit alterius consanguineus intra quartum gradum consanguinitatis secundum formam iuris Canonici computandum. Volumus præterea, quod de natis intra urbem Salmanticam duo eligi valeant, vnus Theologus, & alter Iurista: esset conveniens, quod vna Præbenda eorum detur nobilitati, altera verò populo. Quod si procedente tempore videbitur non convenire, quod Salmanticenses ad Collegium admittantur, permittimus Collegialibus Electoribus, vt temperent à Salmanticensium electione, super quo eorum conscientiam oneramus.

Cap.

(b) Vide declarationem primam Antonij Ramirez, & ibi nota.

(c) Nam qualitas, & forma solent considerari ex Dan. e. 1. ibi de semine Regi, in quibus nulla sit macula, decore forma, & eruditio sapientia, vt possint stare in Palatio Regis.

(d) Hanc constitutionem refert, & exponit E. isopus Roxas in singulari 104. & vide etiam Simon. in defens. apologetica statuti Ecclesie Toletane.

(e) Quod si postquam est electus, habetur noticia de aliqua incapacitate, vide declarationem. 4. Episcopi Segov. de qua infra.

Limitatur in casu Constit. 2. tom. 1. p. non obstante.

Loca autem Ordinũ Militariũ cuius diocesis intelliguntur? nullius: ita communiter nominantur in omnibus Tribunalibus, atque ita ex eis oriundi Episcopatus circumvicinis nõ ad numerantur, vt decretum, & interpretatum est à Collegio, anno 1633. hæc D. Gregorio de Chauo, & Mendoza, die 6. Septembris vt patet ex tit. determinationũ Collegij, pag. 416. & ex tit. decreto Archiepi, quo electiones scribuntur, ubi latè continetur hac determinatio.

## Cap. III. De libertate in electionibus.

**E**T quoniam libera debet esse eligentium mens, & vox. Volumus, & statuimus, quod vacante aliqua præbenda Collegiarum, Capellanorum, vel familiarium, nullus pro recipiendo preces fundat: quod si factum fuerit, ea vice inhabilis sit ad electionem. Si verò (quod absit) eligentiũ aliquis pro voce sua pecuniam acceperit: sit eo ipso Collegio privatus. Quam privationem ceteri scholastici sub pœna præstiti iuramenti exequi teneantur.

## Cap. IV. De modo electionis Rectoris, &amp; Consiliariorum.

**I**N electione Rectoris, & Consiliariorum hic modus servabitur: In die S. Lucæ omnes Collegæ convenient in Capella (qui locus electionib. destinatus est) in qua audita primum Missa de Spiritu Sancto, de toto numero Collegialium, excepto Rectore, & Consiliarijs, qui eo an. in suis officijs servierunt, & præsentatis per Patronum, & Collegis Salmanticensibus, facto primum iuramento, quod in Rectorem, & Consiliarios illos eligent, quos utilitati, & bonæ gubernationi Collegij magis idoneos cognoverint, quilibet eligentium eum eligat, quem secundum Deum magis viderit convenire ad officium Rectoratus: quam votem scripto secretè dabit, & vnus Capellanorum papiros, & vota eligentium de manu eorum capiet, & intra pileum, seu bursam ponet. Omnibus autem positis papiros iterum extrahat, & super altare ponat, & legat nomina electorum. Is autem Rector erit, in quem plurimum vota concurrerint. Si verò pares fuerint duo, aut tres, illorum voces præferantur, quibus accesserit Rectoris antiqui vox. Facta autem (vt præmittitur) Rectoris electione, statim præstabunt omnes Collegæ, Capellani, & familiares obedientiam Rectori novitè electo, & iurabunt, quod ei obedient in licitis, & honestis. Consiliariorum verò electio ita fiet. Primo anno Theologi, & Medici de se ipsis duos Consiliarios eligant, & Canonici, & Legistæ vnum. Secundo verò anno Canonici, & Legistæ duos eligant de se ipsis: Theologi, & Medici vnum, & sic alternando. Et in eorum electione servetur modus, qui in electione Rectoris præscriptus est. Et fiat electio Consiliariorum sequenti die post S. Lucam. Si verò Rector officium sibi iniunctum Rectoratus fortè contumaciter acceptare recusaverit, ipso facto Collegio sit privatus; hoc tamen servato, quod Rector vno anno electus, non possit infra biennium sequens in Rectorem eligi. Si

tamen

In electione Collegiarum, & familiarium idem servatur, & equiparatur.

Pœna electoris recipiendi pecuniam.

Vide declarationem 4. Episcopi Segov.

Et nolite, vide declarationem, §. 10. Antonij Ramirez.

Et qui postquam ad votum admittitur, vide declarationem 4. ubi hi: 367.

Tam pœna non extrahat en. In tit. de Señor Rector los Collegiales, que del ves de elegidos no ayam oficio en el Colegio por espacio de 5. y medio El Señor Obispo de Segovia en declaración. 10. in pag. 57. y ninguno de los declarados en ella constituido en el secretaría, ni Consiliario, in dem. declaración. 13. pag. 8.

Este modo de elegir Señor Rector está alterado, por declaraciones del Señor Obispo de Segovia, vt constat ex declaratione 4. in fol. 54. & declaración. 11. in pag. 57.

Votum Rectoris, ubi sit prævalet.



D. D. Francisco de  
Amaya in leg. 3. C.  
de muneribus, &  
hon. num. 19.

tamen tanta sit personæ probitas, quod à duabus partibus collegarum ternario numero dividendum fuerit approbatus, reelegi valeat secundo anno, & adhuc tertio. Sed ultra tertium Receptoria non prerogetur. Qui autem fuerit vno anno Consiliarius, intra sequentem annum in Consiliarium electi non valeat. Hæc autem electio vno contextu finem accipiat, hoc est, in aura festi S. Lucae.

**Cap. V. De iuramento Receptoris, & Consiliariorum.**

**R**ECTOR verò, & Consiliarij electi (sicut dictum est) sequenti modo coram omnibus tactis sacrosanctis Evangelijs iurabunt, quod statuta Collegij bona fide, & quantum in eis fuerit, inviolabiliter observabunt, & quantum eis est, facient ab alijs observari, & commissum sibi ministerium omni odio, & amore postpositis, & omni fraude cessante fideliter exercebunt. Iura, & libertates Collegij defendent, & bona ipsius fideliter dispensabunt, ac de sua administratione debitam rationem reddent: contra Collegium, neque ibidem commorantes, neque postquam inde exierint, vnumquam erunt.

**Cap. VI. De modo electionis Collegij.**

**C**UM occurrerit electio (a) alicuius Collegarum congregentur omnes electores in Capella Collegij, & præmissa Spiritus Sancti Missa, eligentium quilibet iuret tactis sacrosanctis Evangelijs, quod, se motis amore, odio, prece, vel precio eum elegit ex oppositionibus, quem intellexerit moribus, & vita, & litteratura, ac paupertate cæteris paribus magis idoneum. (b) Quæ quidem suffragia per cedulas secretas fiant, & mittantur in pileum, sive bursam, & vnus de Capellanis veniens extrahat cedulas in præsentia omnium, & ponat super altare. Et is sit Collega, in quem plurius voces concurrerint. Quod si suffragantiu vota fuerint paria, ea pars prævaleat, in qua Rector (c) fuerit. Quam electionem facere teneatur (d) intra triginta dies à die vacationis. Examinentur (e) autem recipiendi ad Collegium de vita, & moribus, ac litteratura, & Rector iniungat sub pœna præstiti iuramenti collegis, ut si ipsi, vel eorum aliquis aliquod impedimentum sciverit, quominus admitti ad Collegium non debeant; teneatur sub pœna periurij denunciare. Teneatur autem, qui præbendam petit in sua facultate coram Rectore, & scholasticis vnum textum per

(a) Quid ante fieri  
debeat, vide declaracionem, §. 12. Episcopi. Segov.

(b) Cæteris paribus  
nobilitas est preferenda  
ex mandato A. Illustriss. ac Dñi.  
nostri Episcopi, de  
quo infr.

(c) Vbi votum Receptoris  
fuerit, prævaleret.

(d) Quando fieri  
debeat electio.

(e) Examen quomodo,  
& quando fiat.

per Rectorem per vnum diem ante sibi assignandum interpretari: post lectionem vero immediate tres Collegarum, quibus Rector iniunxerit, opponant contra dicta in lectione.

**Cap. VII. De iuramento electi in Collegam.**

**I**TEM volumus, & statuimus, quod electus in Collegam ante omnia in manibus Receptoris, præsentibus Collegis, tactis, sacrosanctis Evangelijs, iuret (f) quod omnia statuta collegij edita, & edenda inviolabiliter observabit, & quod edita sub pœna periurij infra mensem à die suæ receptionis in Collegio perlegere curabit. Quorum revocationem, seu mutationem nunquam per se, vel per alium aliquo modo procurabit, neque requisitus consentiet: iura, & libertates Collegij defendet, & quandiu in ipso Collegio manserit, si quid contra hoc fieri perpenderit revelabit, ut melius, citius poterit bona fide Collegio, remotis omnibus amicitia, consanguinitate, affinitate, gratia, odio, vel favore cuiuslibet. Et quod secreta (a) ipsius Collegij alicui non revelabit. Et ipsi Receptoris obedientiam, & reverentiam debitam exhibebit in omnibus licitis, & honestis: & prout ista Statuta disponunt. Et postquam de ipso Collegio exierit, nunquam eidem adversabitur. Et quotiescumque sciverit contra ipsum Collegium aliquid tractari, aut fieri, Receptoris revelabit: & eos, qui sunt, aut erunt de sanguine Fundatoris, pro posse honorabit, (b) nullo vnumquam tempore contra eos erit, nisi sua, vel suorum iura prosequatur. Quod iuramentum in libro ad hoc deputato scribetur, & in Archivo Collegij sub bona custodia servabitur, vbi etiam scribetur dies electionis, & nomen electi.

(f) Iuramentum quale electi.

(a) Secreta non  
revelanda, &  
qua pena, infr.  
cap. 12. S. fin.  
tom. 5.

(b) Et qui honorari  
debeant.

**TOMUS TERTIUS.**

Disponit cubiculorum assignationem admissis in Collegio faciendam. De spectantibus ad victum, & vestitum: & de provisione, & gratia, seu subsidio graduandis facienda: necnon de ipsorum exercitio lic-

H tera-



SECUNDUM LVCAM. CAP. 22.

**I**N Illo tempore: facta est contentio inter discipulos Iesu, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis Iesus. Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor. Et qui praeessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum: ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

SECUNDVM MATTHÆUM. CAP. 9.

**I**N Illo tempore: Et cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine: & ait illi. Sequere me. Et surgens, sequutus est eum. Et factum est: discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes, discumbebant cum Iesu, & discipulis eius. Et videntes Pharisei, dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magister vester? At Iesus audiens, ait. Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Euntes autem discite quid est, misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

**EX**

EX ENCOMIIS

IOANNIS CHRISTOPHORI  
Calveti Stellæ

De Illust. Didaco Ramirio Haro Episcopo Caucaense

ENCOMIVM.



UID nunc Heròas referant, quos longa verustas  
Ad cœlum vsque affert: & Proceres sileam?  
Quos omni laudum genere horrida Iberia cultos,  
Atque pares Græcis progenuit Ducibus.

Seu bello, seu pace petas, validis dabit armis,

Et claros doctis artibus illa viros.

Inter quos fulsit Didacus RAMIRIVS Harus

Virtute, & Sophia præditus eximia

Et qui ex gente fuit natus RAMIRIA, & illa

Exorta ex Regum sanguine Navaria.

Namque fuit gentis RAMIRIUS illius Auctor.

Quem Rex progenuit Sanctius egregius.

Inviçtique Gener Roderici fuit armis

In celeres Mauros, atque vagos Numidas,

Quem Mauri dixere Cidum, meruitque micantes

Ille inter stellas nomen habere suum.

Felicem Villam Excusam, planeque beatam,

Quam claram fecit Regia Progenies:

Quæ nomen tulit à Pagis Caucaensibus aptum,

Dum se excusarent. Quod petis, oppidum habet.

Exactor pete, & hoc solvet, pendetque tributum

Oppidum, & hinc nomen post fuit impositum

Quod se excusantes illi Pagi tribuere:

Et Villa Excusa hoc nomine dicta fuit.

Et quæ Pontifices septem cognonine eodem,

Atque via natos vidit, & excoluit.

Sed Didacum in summo semper RAMIRIUM honore

Villa-Escusa habuit, laudeque in altra tulit.

Quem divina quidem ornavit sapientia, & auxilium

Præclaris donis corporis, atque animi.

Egregia ille fuit forma, excelsaque statuta,

Et magni excellens dotibus ingenij,

Quem



litterario, ac duratione temporis in Collegio, & circa illorum absentiam, & alijs.

Cap. I. De consignatione cubiculorum, & visitatione eorum bis in anno per Rectorem facienda.



**S**TATUIMUS, & ordinamus, quod vacantem cameram antiquior Collega eligat, & optet: quod si ille nolit, propinquior illi in antiquitate illam possit optare, & sic successive. Novus autem Collega vacantem cameram consequatur. Volumus etiam, quod Rector bis saltem in anno videlicet mense Maij, & mense Novembris visitare teneatur omnes cameras dicti Collegij, adiunctis sibi Consiliarijs omnibus, vel eorum aliquibus, quod etiam faciet in cameris Capellanorum, & Familiarium.

Cap. II. De cubiculis Cathedras regentium non mutandis.

**S**ÆPE consideravimus causas, propter quas Salmanticae docti viri lecturas non edunt, & inter alia credimus in causa esse, quod cum litteris creverint, rerum penuria compelluntur victui necessaria quærere: propter quod non possunt litteras prosequi. Idcirco volumus, & statuimus, quod (a) si aliquis Collegarum in Scholis, quas vocant maiores, lecturam in Theologia, aut in iure, aut in Medicina, aut Artibus perpetuam fuerit assecutus: & tempus, quo in Collegio manere constitutum est, fuerit elapsum, ita quod secundum Statuta Collegij recedere teneatur: si decreverit in Collegio manere, ut ea quiete functus scribere veller, & valeat in sua facultate, in qua Cathedram regit, permanere valeat, & exire non compellatur cum sequenti moderamine. Primum, quod talis à Collegio nihil aliud percipere valeat, quam cubiculum, in quo moratur, & victum quotidianum in Refectorio Collegij pro cuius expensis omni anno solvere teneatur quadraginta auri ducatos. Ita quod in cubiculo, seu camera maneat, in qua habitabat eo tempore, quo recedere debuerat, si non esset Cathedraticus. Hic item vestibus uti valeat gradui suo convenientibus, modò sint similes, vel dissimiles vestibus Collegarum, dum tamen decentes sint, & honori Collegij, & personæ convenient. Item quod eiusdem cathedratici loco eligatur alter Collegialis in ea facultate, in qua ipse legit, & in qua se exercet. Qui in

(a) Collega Cathedram Proprietatis affectus quid?

Percipere etiam, quod incedat cum socio extra domum, ut ceteri collega visitatum est.

Nunquam dissimiles, semper similes vestibus, quod magis convenire visum est, & honori Collegij, & gravitati persona.

locum

locum ipsius ita succedat, quod omnia, quæ ipse gerebat, & exercebat in Collegio manens, gerere, & exercere valeat in eius locum surrogatus. Ita quod Cathedraticus vocem non habeat, neque activam, neque passivam in electione Rectoris, & Consiliariorum, Collegarum, & Capellanorum: sed quod pace, & quiete fruatur literis tantum intentus. Teneantur autem per omnia Statuta Collegij servare, castè, & honestè vivere, & nullus eiusdem familiaris, nec diu, nec noctu in Collegio vescatur, ac dormiat.

Cap. III. De portione cuiuslibet Collegarum danda, & symposio faciundo.

**I**TEM statuimus, quod cuiuslibet Collegæ, tam Rectori, quam Scholasticis, & Capellanis in Collegio presentibus dentur singulis diebus bonarum carniarum arietinarum, vel vitularum die quolibet, quo carnes eduntur, viginti quatuor uncia cum ferculo competenti, sicut Rectori, & Consiliarijs visum fuerit. Quas carnes dividant inter prandium, & cenam, sicut Rectori videbitur. De pane (a) habeant in prandio, & in cena quantum necessitati naturæ suffecerit: de vino (b) verò, quantum modestiæ, & honestati. Familiaribus verò dentur duæ partes carniarum, quæ Collegialibus exhibentur. Diebus verò quibus carniarum essus interdictus (c) est, in ovis, vel piscibus, pro cuiuslibet portione tantum expendatur, quantum in carniibus fuerat expendendum. Nulli autem detur portio in pecunia: sed contentus sit cibo communi. Permittimus tamen, quod in festo Natalis Christi, & in Epiphania, & die Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, & Corporis Christi, & in die S. Iacobi Zebedæi, Assumptionis B. Mariæ, ac Omnium Sanctorum portio (d) duplicetur. Diebus verò ieiuniorum, hora competenti, facto signo campanæ ad Symposium omnes concurrant, & facta collatione cum modico pane, & vini moderata bibitione, omnes discedant. Qui verò ad præfixum tempus non venerit: nihil omninò habeat.

Cap. IV. De hora prandij, & cenæ, & campanellæ pulsatione, & mensæ benedictione, & post cibum gratiarum actione, & quod omnes ad primam benedictionem venire teneantur.

**S**TATUIMUS præterea, & ordinamus, quod omnes Scholastici, & Capellani per sonum campanellæ vocentur ad prandium,

(a) De pane ad saturitatem.

(b) De vino ad sobrietatem ex Paulo 1. Tim. 6. 5. modico vino utere.

(c) Diebus ieiunij tantum expenditur, quantum in diebus alijs fuerat expendendum.

(d) Extraordinaria quando, & quot persona invitari possunt, vide tomo 3. cap. 20.

(e) Pulsata campana ad prandium sine mora debent venire: nunc vero secunda campanella plures enim ad servitiū obtinere possunt absque communi pœna, argumento extravaganti 2. de offic. Cust. inter com.

(f) Ex Paulo 1. Cor. 10. sive (inquit) māducatis, sive bibitis, omnia in nomine Christi facite.

(g) Benedictio qualis dicenda.

(a) Pœna non benedicens mensam, vel non interessentis, & recedentis.

(b) Hora prandii, que sit.

(c) Hora cœnae, vide declarationem 5. Antonij Ramirez Episc. Segob.

dium, & ad cœnam hora competenti: de qua infra dicetur. Quia pulsata omnes reficiendi sine mora (e) venire debent. Itā quod in principio benedictionis dicendę convenient in Refectorio, & tunc ferculo allato, vnus Capellanorum servato hebdomadarum ordine benedictionem incipiat: cui ceteri respondeant. Finito autem prandio, aut cœna, gratias (f) agant creatori omnium, qui dat escam in tempore opportuno, & replet omne animal benedictione. in fine autem gratiarum actionis, tam in prandio, quā in cœna commemorationem (g) pro defunctis nostris, & pro anima nostra faciant, dicentes: Requiem æternam, &c. cum Psalmo, Laudate Dñm. omnes gentes. In diebus verò ieiuniorum cum Psalmo, Miserere mei Deus: & orationibus, Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, cum ceteris orationibus pro defunctis: & in fine, Fidelium omnium conditor, & redemptor. Si quis verò collegarum ante finitam benedictionem Refectorium non intraverit, vel Capellanus benedictionem (a) non dixerit: illa vice vterque vino privetur. Si autem dicta benedictione alijs iam discumbentibus venerit, privetur carnibus, & ultimo sedeat, vel ovis, & piscibus. Si verò antequā gratiæ Deo agantur aliquis de mensa recesserit sine Rectoris licentia, die sequenti portione privetur. Si autem tempore prandij, vel cœnæ aliquis fuerit occupatus in lectione, & doctrina alicuius libri, vel negotijs Collegij de mandato Rectoris, vel in aliquo arduo negotio suo, de quo iuramento fidem Rectori facere teneatur, in secunda mensa sedeat. Hora autem (b) prandij à festo S. Lucæ vsque ad Dominicam de Resurrectione sit hora vndecima ante meridiem. A die verò Resurrectionis vsque ad Pentecostem, & à festo Nativitatis Virginis Mariæ vsque ad diem S. Lucæ sit hora decima. A die verò Pentecostes vsque ad Virginis Nativitatem sit prandium inter nonam, & decimam ante meridiem. Sed in diebus ieiuniorum, & in quadragesima prandium sit post vndecimā horam ante meridiem. Hora verò cœnæ (c) à die S. Lucæ vsque ad festum Resurrectionis sit nona post meridiem. A festo Resurrectionis, vsque ad festum Nativitatis Virginis sit sexta. Et à die Nativitatis Virginis vsque ad Sanctum Lucam sit octava.

Cap. V. Quo tempore portæ Collegij, & per quem aperiri, & claudi debeant.

**I**TEM statuimus, quod Occidente Sole campana Collegij pulsetur: vt qui extra sunt, venire valeant opportuno tempo-

re: quo tempore etiam interior Collegij porta claudatur (d) postico aperto manente. Postea verò in vespertino crepusculo claudatur porta prima, postulo portæ primo pulsato: postea verò claudatur secunda porta, præcedente etiam repaguli pulsatione. Et idem fiat in porta, quæ ad ortum vergit. Aperiantur autem portæ (e) quum dies est, neque ex aliqua causa etiam vrgente, postquam clausæ sunt portæ, aperiantur. Ianitor verò fidelissimus de toto Collegio esse debet: qui claves Rectori tradat, & de nocte apud se seruet. Qui post clausuram portas visitet, an clausæ sint. Volumus etiam, quod & tempore prandij, & (a) cœnæ porta interior Collegij claudatur, nec tunc alicui liceat intrare, vel exire.

Cap. VI. De ordine sessionis in Capella, & in mensa, ac alibi servando.

**I**TEM statuimus, quod in sessionibus hic ordo servetur. Primam locum teneat Rector: post quem sedeant Capellani, deinde graduati, videlicet Doctores in Theologia, aut iure, & Magistri in Medicina, & Artibus. Imparitate autem graduum Theologi præcedant Canonistas, Canonistæ Legistas, Legistæ Medicos, Medici Artistas. Si verò sedentibus in mensa quispiam superveniat, sedeat vltimus, quantumcumque fuerit graduatus. Si verò inter Theologos, (b) vel alios paritas graduum fuerit, præcedat, qui prius in Collegio receptus est: si autem & gradu, & receptione pares sunt, is eorum præcedere debeat, qui prius promotus est.

Cap. VII. De lectione in prandio, vel cœna, de silentio tenendo, & de privato cibo non adducendo, & quid fieri debeat de fragmentis panis, quæ supersunt.

**S**TATUIMUS præterea, quod per totum annum Biblia legatur (c) in prandio à principio mensæ vsque ad finem. In cœna verò legantur (d) libri vtilis, videlicet Moralia Gregorij, vel eius dialogi, & pastorale, vel libri historiales, vel doctrinales. Lectio autem prandij hebdomadatur fiat per omnes Collegiales secundum ordinem ingressus Collegij, excepto Rectore, & Capellanis. In cœna autem consueverunt aliqui lectionem continuare sponte sua, quod laudamus, & nos aliquan-

(d) Porta que hora claudi debeant.

(e) Hora aperiri.

(a) Tempore prandij, & cœna nulli liceat, nec exire, nec intrare.

(b) Vide declarationem 6. 7. & 8. Antonij Ramirez Episc. Segob. & ibi a glossa notatis.

(c) Psalm. 118. Quam aucta sunt cibis meis eloquia tua Dñe. super mel ori meo.

(d) Et quare introductum fuit, ponit cap. pro reverentia ad finem 44. disto.

(e) Tempore lectionis in Refectorio silentium habendam, arg. c. 6. §. in oratorio de statu Mon.

(f) In camera nullus prandeat, & quæ sit pena, nec extra Collegium, statu 4. anno 1543.

(g) Hoc fuit innovatum ex mandato 6. illust.

(a) Carnes quando non comedi possunt in Refectorio.

do fecimus. Si vero lector desit, qui velit continuare, qui legit in prandio, legat in cena. Ut autem in lectionis auditione sit attentio: silentium (e) omnino seruetur. Nullus autem privatum seculentum ad Refectorium ducat, quod si alicui mittatur xenium: Rector illud cunctis discumbentibus distribuatur. Statuimus præterea, quod intra cameras nullus (f) prandeat, aut cœnet, neque solus, neque cum socijs, nisi infirmitate gravatus hoc fecerit de consilio medici, & de consensu Rectoris. Transgressor per decem dies portione privatus sit. Volumus etiam, quod fragmenta, (g) quæ in prandio supererunt munde collecta, ad ostium Collegij in elemosynam pauperibus erogentur. Prohibemus præterea, ne in Refectorio diebus ieiuniorum carnes (a) comedantur.

Cap. VIII. De observatione ieiuniorum.

**M**AGNA est utilitas ieiuniorum. Nam ut Ecclesia canit, Corporale ieiunium vitia comprimit, mentem elevat, virtutem largitur, & præmia. Idecirco statuimus, quod omnes Collegæ, & Capellani ieiunent his diebus: quibus ab Ecclesia ieiunium indictum est. Ieiunent etiam sexta feria ob reverentiam passionis Dominicæ. Et prohibemus (b) quod diebus talibus in Refectorio carnes comedantur. Sero vero ad colationem sono campanellæ conveniant, ubi bibere moderatè valeant. Quod si alicui potus solus nocere creditur, permitti valeat modicus panis, licet secundum aliquos Theologos tractatores esus cibi, quo communiter ad nutrimentum utimur, ieiunium solvere dicatur. Hora autem colationis (c) sit hora cœnæ, vel alia, si Rectori, & Collegis mutanda videbitur.

Cap. IX. De infirmis curandis, mortuis sepeliendis.

**S**TATUIMUS etiam, & ordinamus, quod si contingat alicui in infirmitatem incidere, tam Collegialium, quam Capellanorum, & familiarium: si infirmitas gravis sit, intra triduum confiteri teneatur, & Sacramentum Eucharistiæ suscipere. Si vero gravetur infirmitas, vnus familiaris assignetur sibi: qui commode sibi valeat ministrare: & si pauper sit, (d) portio duplum pro victu necessario tribuatur ei. Quod si adhuc adeo morbus increseat, ut de eius salute dubitetur, extra Collegium ponatur in domo honesta, & eius curationi convenienti adhi-

(b) Carnes in Refectorio comedi, quando non possunt.

(c) In diebus ieiunij qua hora sit colatio.

(d) Sed videtur corrigi per c. 7. §. 4. tanquã posterior sit, sed crederem, quod illa intelligatur per istã, quia rubrica sub qua illa est posita, tendit ad aliud, maxime ex versu ibi, et si pauper sit geminatè positi, & ibidem si pauper sit, omne necessarium ministratur. Et vita fungit geminatio enim in iure multum operatur, arg. l. 32. ff. ad Trebel.

adhibita sibi aliqua foemina (e) honesta, quæ infirmitati assis- rat. Quod si morbus fuerit contagiosus, ut puta, pestilentia, vel alius similis: quam citius fieri potest, extra Collegium ponatur, & ibidem; si pauper sit, omne necessarium ministratur. Si autem per tres (f) menses continuos, & ultra aliquem infirmari contigerit, detur infirmitati locus excundi Collegij, & patriam visitandi. Si vero quemquam Collegiarum vita fungi contingat (si pauper fuerit) expensis Collegij sepeliatur in loco, in quo ipse sepulturam elegerit. Quod si sepultura non electa mori contingat, sepeliatur in Monasterio Divi Augustini, vel in Parochia Bartholomæi Apostoli.

Cap. X. Quod nullus extraneum ad Collegium invitare, vel ad dormiendum admittere possit, exceptis in Statuto contentis.

**S**TATUIMUS præterea, & ordinamus, quod nullus extraneus, qui non sit Collegialis, aut familiaris intra Collegium per noctem etiam, si pater sit alicuius Collegæ, vel Capellani. Admittens (a) aliquem ad dormiendum in Collegio, ipso Collegio privatus sit. Nullus etiam extraneum aliquem ad prandium, vel ad cœnam valeat invitare, nisi pater sit alicuius Collegæ, vel Capellani, aut frater: tunc autem per vnum tantum diem invitare valeat, & pro tali convivio panis tantum à Collegio ei præstetur. Rector autem per annum honestas personas (quibus Collegium debeat) ter, aut quater ad prandium vocare valeat. Sic tamen, ut convivarum numerus quaternarium numerum non excedat. (b) Huius Statuti transgressores in convivis, tam Rector, quam cæteri per mensem sint portione mensæ privati. Qui autem ex aliqua causa portione privati (c) sunt, nihil à Collegio habere debent, nisi panem, cætera suis pecunijs comparent.

Cap. XI. De vestibus Collegialium, Capellanorum,

& familiarium.

**S**TATUIMUS præterea, quod Collegæ, & Capellani vestiantur panno coloris puniceo, quem vocant morado: cuius vlna, aut vara sit pretij viginti denariorum, vel regalium argenteorum. Familiæ vero eiusdem coloris panno vestiantur pretij decem regalium argenteorum. Vestis vero Collegialium, & Capellanorum esse debet clamys rotunda longa vsque talos (d) ex

(e) Nam ubi non est mulier, ingemiscit ager, Eccles. c. 36.

(f) Infirmani per crenebre quid faciendū.

(a) Admittens de nocte extraneum privatur Collegio.

(b) Quot persona inconvivari possunt, & per quæ.

(c) Privati præter panem nihil habent.

(d) Arg. cap. non liceat, ad fin. 23. dist.

(e) Idest, Becca, grecè autem epomis appellatur, derivaturque à verbo Hebræo vahcar, id est fragmentum panis erat enim anti quitas togumentis capitis super humerale, quo utebantur iurisperiti, & Doctores legum ut patet ex antiquis scripturis sepulchris.

(f) Quibus diebus debent adesse, ut vestes acquirant collegæ, vide mandatum Dni mei Episcopi. S. I.

(a) Quid de ingrediente ac novo vestuario iam dato collegialibus, vel familiaribus.

(b) Vestis nova debet indui, vetus non potest vendi.

Alias vetus.

(c) Rebus Collegij bona fide utrumque.

(d) Cap. An sit de appellationibus.

(e) Graduati qui bus privilegijs gaudeant.

parte autem superiori vnicinis aded plicata, ut lateat linea vestis, & omnia interiora. Habeant præter hoc Collegæ, & Capellani caputium (e) simile illi, quo utantur S. Bartholomæi Collegæ: ex eodem panno, & colore. Vestis autem quoniam pretiosa est: dabitur eisdem de biennio in biennium. (f) Si verò vestuario dato, aliquis Collegium ingrediatur Collega, (a) aut familiaris, & usque ad tempus vestuarij duos menses duntaxat restent, Collega novus in veste propria incedat usque ad vestium dationem. Si verò ultra duos menses vestuarij tempus differatur: expensis proprijs vestem emat alijs similem. Idem fiat de familiaribus. Doctores autem in Theologia, & in iure diebus solemnibus poterunt (si velint) alio panno, vel colore indui, & maximè cum concurrerint cum alijs Doctoribus ad gradum Doctoratus publicè conferendum. Prohibemus præterea, quòd cum vestis nova datur, nullus (b) pannum sibi pro veste datum vendere audeat. Quod si fecerit, ea vice veste privatus sit. Teneantur itaque omnes veste nova indui: veterem autem caputium servare poterunt, vel in aliam formam mutare.

#### Cap. XII. De candelis Collegis præstandis.

**S**TATUIMUS præterea, quòd omnibus Collegis, Capellanis, & familiaribus candelæ præstentur ad sufficientiam, quibus noctu legere valeant, quibus bona fide (c) uti debent, ut moderatè expendant, neque alicui donent, aut vendant. Si quis autem candelas sibi traditas donare alicui extraneo, aut vendere inventus fuerit, ut in eo puniatur, in quo deliquit (d) candelis sit privatus, quandiu in Collegio manserit.

#### Cap. XIII. De subsidio Collegis præstando cum licentiam Doctoratus sunt publicè suscepturi.

**I**TEM volumus, & statuimus, quòd Collegis, vel Capellanis licentiam, vel Doctoratum suscepturis, servetur privilegium in Collegij fundatione concessum, videlicet quòd privilegijs omnibus fruantur: quæ Collegis S. Bartholomæi (e) Salmanticae, & S. Crucis, & S. Gregorij Vallis-Oleti concessa sunt. Est autem inter eorum privilegia vnum videlicet, quòd Doctores, aut Magistri interessentes examini licentiandi, vel Doctoratus collationi media parte contenti sint in propina eius, quam extra Collegium commorantes solvere consueverunt. Id circò statuimus, & volumus, quòd omni modo procurent Collegiales privilegium sibi

ser-

servari, neque aliquo pacto violari patiantur. Quòd Regia manu, & Pontificis autoritate poterunt obtinere. Si verò Doctores, & Magistri Examinatores, & graduum collatores contumaciter nolunt privilegium (a) servare, mandamus Collegis, quòd ipsi intra Collegium gradum accipiant per Rectorem, tunc in Collegio Præsidentem adhibitis secundum tribus Examinatoribus de Collegio per Rectorem assignatis, facto primum riguroso examine. Si autem Doctores Universitatis Collegij Privilegium hoc servari voluerint: gradum accipiant Collegæ in Universitate. Et in licentiatura iuvetur quilibet à Collegio viginti aureis ducatis pro expensis gradus. In Doctoratu autem, vel in magisterio habeant ducatos quadraginta.

#### Cap. XIV. Quanto tempore Collegæ in Collegio manere debeant.

**V**OLUMUS etiam, & statuimus, quòd Collegiales, qui legitime recepti sunt in Collegio, manere debeant per octo (b) annos integros. Quibus elapsis recedant in nomine Dni, hoc moderamine servato. Quòd si durante octo annorum tempore, de mandato Rectoris, & Collegarum absens fuerit à Collegio pro negotijs Collegij in Curia Regia, aut Romana, aut in Cancellaria, aut alibi: tempus (c) quò sic absens fuerit, in octo annorum tempore connumerari non debeat, sed de octo annorum circulo detrahi. Item quòd si ultimo anno sui exitus in Rectorem, vel Consiliarium fuerit electus, maneat toto anno usque, & donec rationem reddat sui officij. Et quoniam Visitator elegi consuevit in festo S. Martini perseveret usque ad festum Natalis Christi, quo die finitur visitatio, tunc verò exire teneatur. Quòd si recusaverit, & in exeundo contumax fuerit, Rector cum Collegis sub pœna præstiti iuramenti ipsum expellere teneantur. Volumus etiam, quòd semel Collegialis (d) nunquam iterum in Collegiam eligi valeat: salvo etiam eo, quòd de Cathedra percipit in Collegio mansuris, ut statuendum duximus:

#### Cap. XV. De licentia danda Collegialibus se absentare volentibus.

**Q**UONIAM morantibus in Collegio negotia evenire solent sua, vel suorum, & ad ea expedienda se volunt absentare: statuimus, ut nullus Collega, vel Capellanus se absentare valeat, nisi petita, & obtenta licentia Rectoris, & Consiliariorum, vel maioris partis ipsorum: quòd si fecerit, Collegio

K

pri-

(a) Ut supra in Bullam, & Et ad quoscunque gradus, & versis, & insuper.

(b) Secus in Capellanis, quia per petui sunt, cap. 9. tom. 1.

Estas ausencias no pueden aora passar de un año para efecto de tener por ellas mas tiempo de Colegio, que el dicho año, por que en la visita hecha por D. Luis Fernandez de Cordova, en el 2. quadero n. 2. mada el Consejo, q. por las ausencias q. cada Collegial hiziere en negocios del Colegio, en todo el tiempo q. en el estuiviere, no se le pueda descontar, ni descuente, mas de un año, aunq. las dichas ausencias seã de mas tiempo; y por estilo tienen todos nueve años de Colegio; aunq. no ayã estado ausentes en negocios del Colegio.

(c) Tempus absentia pro Collegio non computatur in octo annis.

(d) Semel Collegialis iterum non potest eligi.

(a) Collegialis petere debet licentiam se absentandi, aliter privetur Colleg.

(b) Annus incipit à S. Luca usque ad alium eiusdem festi.

(c) Absentia non ultra quatuor menses.

(d) Sit liber absentiarum.

Hodie autem legere tenentur, ut per declarationem infra 15. Antonij Ramirez, Episcopi Segov.

privatus sit. (a) Tempus autem absentiae detur ei secundum negotiorum exigentiam. Sed absentiae tempus vno anno excedere non valet quadrimestre. Annum autem incipere declaramus (b) à festo S. Lucae usque ad alium eiusdem festi diem. Qui elapso tempore (c) quatuor mensium non venerit, sit ipso facto Collegio privatus: nisi apertissimis documentis probet se sine culpa ita fuisse infirmitate gravatum, quod ei impossibile fuit iter ingredi, quod probare debet antequam quadrimestre fuerit completum. Si verò absentia fuerit propter Collegij negotia, tanto tempore duret, quanto eiusdem Collegij negotia exigerint. Sit autem (d) liber in Archivo Collegij, in quo dies recessus se absentantis scribatur, & dies adventus: quem diem Rector propria manu scribet eadem die, qua recesserit.

Cap. XVI. Quod Scholares teneantur lectiones audire, & compellantur, vel domi litteris incumbere.

**Q**UONIAM evenire posset, quod Collega admissus, vel ex segnicie, vel superbia lectiones in Scholis audire recusaverit, & in camera non studere: idcirco statuimus, quod talem pigrum litteras non prosequentem Rector, & Consiliarij moneant, ut lectiones audiat, si opus est, vel in camera studeat, si iam adeò eruditus est, ut lectiones ei audire non sit necesse. Quod si non fecerit post trinam monitionem Visitatori denuntietur. Qui habita diligenti informatione ipsum de Collegio exire compellat.

Cap. XVII. De Sermone latino, & lectione humanitatis.

**C**ONSUEVERUNT Scholarium plerique, & praesertim Iuristae, sermone Hispano semper uti, & latinum, aut contemnere, aut abhorreere. Ex quo id evenit: ut cum contingat illos disputationi interesse edere barbarismos, aut solecismos. Et sic (qui honorari maxime cupiunt) in risum audientes provocant. Si quandoque etiam ab Hispania discedendum illis cum nativus sermo sibi non suffragetur, & latinum non noverint, elingues omnino reddantur. Itaque fit, ut cum apud homines honorari curent, inhonorati quasi bestiae reputentur.

Qua-

Qua re statuimus, quod intra Collegium latino (a) sermone omnes utantur, sed praecipue in mensa, & in Capella: quum de negotijs Collegij deliberandum sit, & in disputationibus. Non servantes per aliquem ad hoc à Rectore, & Consiliarijs deputatum duobus dipondijs, aut maropetinis mulctentur pro qualibet vice, qua fuerint transgressores. Quas poenas in fine mensis inculator ille Rectori pandat. Qua transgressores certificati de poena intra duos dies accusatori tradant. Quas pecunias Rector in aliquod opus pium, aut Collegij utilitatem convertat. Et ut hoc commodius fiat, hortamur omnes, & praesertim Iuristas, ut vel in publicis Scholis audiant alias lectiones humanitatis. Turbat, inquit, Hieronymus, (b) acumen ingenij, qui seculares libros legendos prohibet.

Cap. XVIII. De verbo Dei per Theologos proponendo.

**I**NTER alia, quae ad salutem spectant populi Christiani, pabulum verbi Dei per maxime sibi noscitur esse necessarium. Quia sicut corpus materiali, sic anima spiritali cibo nutritur, (c) & quod non in solo pane vivit homo: sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Idcirco statuimus, quod Collegae Theologi (d) exacto quadriennio suae in Collegio residentiae nitantur (quantum in eis sit) verbum Domini fidelibus proponere, maxime hi quibus est litterarum sufficientia, & ad docendum conveniens pronuntiatio. Ideoque per Rectorem moneantur, ut saltem ter in anno verbum Dei proponant, vel intra Civitatem, vel si fieri non potest, in vicis, & pagis eiusdem. Quod si moniti, & legitime non impediti hoc facere distulerint, qua vice fuerint contumaces, per hebdomadam portione priventur. Ante verò quam in publicum (e) prodeant, eorum (f) Collegis in Refectorio, vel in Capella periculum sui faciant. Quibus auditis per Collegiales facultas praedicandi praebetur, si idonei sint, vel denegetur, si videbitur, quod legitime sint impediti.

Cap. XIX. De exercitio inter Scholasticos faciendo.

**Q**UONIAM, ut inquit Salomon, scientia abscondita, & thesaurus invisus, quae utilitas (a) in utrisque? Et non dubium est, quod sicut ferrum ferro (b) acuitur, sic litteraria exercitatio, & ingenia acuit, & memoriam iuvat, & doctri-

(a) Infra Collegij sermonem latino utendum.

(b) Cap. turbat. 37. dist.

(c) Cap. inter de officio ordinis.

(d) Theologi ter in anno praedicent.

(e) Praedicatori Collegae prius à Collegio approbentur, sicuti & ad oppositionem cathedrae, stat. 6. anno 1543.

(f) NOTA:

(a) Eccles. cap. 5.

(b) Salomon, Prov. cap. 17.

(c) *Exercitium  
disputationis in-  
tellectum acuit,  
& veritas splen-  
descit, c. grave  
35. quest. 9.*

doctrinam nutrit. Idcirco statuimus, & ordinamus, quod omni hebdomada bis fiant disputationes (c) semel in Dominica, & semel ea die, qua cessant lectiones ordinariæ, vel propter festum Ecclesiæ, vel quod quinta feria vacatura lectione. Hic autem modus servabitur. Præcedente die, finita cœna, conclusio proponatur verbo, vel scripto in crastinum discutienda. Die vero sequenti per horam ante cœnam Collegæ omnes conveniam in Refectorio: & qui proposuit conclusionem, sedeat in loco consueto, & proposita conclusione, vel facta brevi oratione illius facultatis Scholastici arguant à iuniori incipiendo: & postquam is finierit, incipiat alter, qui post illum est antiquior. Et sic usque ad tertium, vel quartum, donec mora vnius horæ consumetur. Nusquam autem desit Rector disputationibus, ut eius præsentia arguentes honestè, & urbanè se habeant. Et si quis contenderit verbis, per Rectorem coerceatur, etsi adhuc inobediens fuerit, & rebellis, pœna privationis mensæ, vel alia, quæ videbitur competens, per Rectorem imponatur. Absente (d) verò, vel infirmo Rectore, antiquior de Consiliarijs eius vices teneat. Infestis verò Natalis Christi, & Resurrectionis, & Pentecostes tribus diebus primis, non sit disputatio. Sed infra octavas suppleat, ita ut ea hebdomada hora prædicta bis ad disputationem conveniant.

(d) *Absente, vel  
infirmo Rectore,  
quis erit Rector.*

## TOMUS QUARTUS.

Tractat de iurisdictione Rectoris, & de electione œconomi, ac de Visitatore, & alijs prædictorum materiam tangētibus.

### Cap. I. De Rectoris iurisdictione.

**S**TATUIMUS, & ordinamus, quod si contingat inter Collegas, Capellanos, & familiares contentionem esse: non alibi, quàm coram Rectore causa tractetur, si vè civilis sit, si vè criminalis, aut mixta.

Qui verò coram alio iudice Collegam, Capellanium, aut familiarem convenerit, ipso facto Collegio sit privatus. Si verò extraneus, à Collegio contra aliquem Collegam, Capellanium, vel servitorem Collegij causam moverit: coram dicti Col-

*Non servatur.*

Collegij Rectore causa tractetur simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, & nullus alius adiri possit, seu quomolibet se intromittere: sed per Rectorem iustitia mediante terminetur, exceptis causa hæresis, crimine læsæ Maiest. & falsæ monetæ: quæ per iudices competentes à iure datos audiantur, & decidentur. Si autem litigantium aliquis se à Rectore gravari senserit, ad Consiliarios appellet: qui etiam simpliciter, & de plano causam audiant, & auditam diffiniant. A Consiliarijs verò ad nullum alium iudicem appellari valeat. Quicquid autem contra huiusmodi ordinem fieri contingat, irritum sit innane, nulliusque roboris, vel momenti statuentes, quod nullus iudicum quacumque etiam Apostolica authoritate munitus (nisi in sua commissione de hoc statuto de verbo ad verbum mentionem fecerit) possit de prædictarum se causis, negotijs, vel rebus, vel de alijs quibuscumque præditos tangentibus quomolibet impedire. Decernentes irritum ipso facto, & innane quicquid in contrarium à quocumque intentatum, vel factum fuerit. Quod authoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, statuimus.

### Cap. II. De electione œconomi.

**D**ECET domibus esse œconomum, qui redditus, & proventus domus recipiat, & cum oportuerit, dispense. (a) Idcirco statuimus, quod facta Rectoris, & Consiliariorum electione, ipse Rector, & Consiliarij sic electi œconomum eligant: qui si in electione discordes fuerint, valeat electio maioris partis: si verò fuerint pares, ea pars prævaleat, vbi fuerit Rector. (b) Ad œconomum verò pertinebit (c) pecunias vnde quaque venientes de redditibus Collegij suscipere, & dispensatoribus ordinario, & extraordinario dare. Qui quidem dispensatores in fine cuiuslibet mensis rationem dabunt œconomus de receptis, & distributis, Rectore præsentem, & rationem expensarum reddituum proprijs nominibus signabunt, ita ut in fine anni facillè discerni valeat, ad quam summam ordinariæ, & extraordinariæ expensæ accedunt. In principio autem (d) iurabit œconomus, quod bona, & pecunias Collegij fideliter administrabit, neque in suos usus converteret, sed in eos, quos Collegio necessarios, aut utiles esse intellexerit, neque alicui mutuabit: (e) poterit autem ex dispensatione decem ducatos aureos, si voluerit sibi mutuo accipere. Anno verò elapso, & ratione reddita, nihil (f) omnino apud ipsum maneat, sed integrè successoris œconomus cum effectu tradat infra (g) octo dies

(a) *Moderate  
teste Cicero, in  
paradoxis, non  
intelligunt homi-  
nes, quam mag-  
num veltigal sit  
parsimonia.*

(b) *Vox Rectoris  
prævalet.*

(c) *œconomus  
habebit pecunias*

(d) *Iurare debet  
œconomus.*

(e) *œconomus  
non potest mu-  
tuare pecunias.*

(f) *œconomus  
nihil penes se re-  
maneat sub pœ-  
na.*

(g) *Vide tom. 5.  
cap. 15. & infr.  
cap. 4.*

L

red-

(a) Familiaris per seipsum emat, electa est enim industria persona, alias facit contra Constitutionem, & iuramentum, de quo 1. om. c. 3

(b) Et taliter ordinare ne longi temporis victum brevis hora consumat arg. cap. cum Apostolus 6. de censuris ex in ordinata enim administratio crescit carissima, leg. 1. C. de frum. vrb. const.

Interpretatum est, in Refectorio ibi libro allato, ut commodius constitutio impleri possit, ita decretum est à Collegio anno 1633. Rector D. Gregorio de Obaxes, & Mendoza, ut ex tit. determinatione Collegij patet, pa. 415. ducl.

(c) Familiaris toties iurabit, quoties officium dispensatoris minoris habebit, de fidelitate observanda.

(d) Arg. cap. 6. §. tales ad agenda officia adpulentur, qui fideles fuerint, & discreti de statu monachorum.

(e) Dispensator maior quid iurare debeat.

(a) Iurare debet in officio de fidelitate habenda, & de pecunijs non mutandis.

(b) Idem supra c. 2.

reddita rationis. Quod si non fecerit, toto tempore, quo fuerit in mora, à portione mensæ suspensus sit. Electus verò in œconomum vno anno, sequenti eligi non valeat. Et idem fieri volumus in extraordinario, & ordinario.

### Cap. III. De electione dispensatoris ordinarij.

**I**TEM statuimus, quòd præter dispensatorem victus quotidiani: qui est vnus de septem familiaribus, & per seipsum (a) ea, quæ ad victum pertinent, emit, sit de Collegis vnus, qui vocatur dispensator maior, eo modo eligendus, quo œconomus eligetur. Est autem dispensatoris maioris officium, singulis noctibus, vacato dispensatore minore, ab eo computum exigere (b) qui ea die emptum si erit, & quanti, & summam emptorum in fine colliget, & proprio nomine signabit: cuius computi in fine mensis rationem reddet Rectori, & Consiliarijs. Iurabit (c) autem in principio cuiuslibet Rectoriæ dispensator minor, quòd in emptione victualium se fidelem, (d) & diligentem exhibebit, & quòd in pretio rerum venalium non fraudabit Collegium, sed quanti constant, scribet in libro rationum. Dispensator similiter maior (e) iurabit, quòd in receptione computi à dispensatore minore recipiendi fidelis, & diligens erit, quòd si fraudem in eo senserit, & non se emendaverit, Rectori denuntiabit, & Rector eundem monabit: & si monitus, in suo errore pertinaciter perseveraverit, à Collegio expellatur: si tamen fuerit convictus de negligentia, vel infidelitate.

### Cap. IV. De electione dispensatoris extraordinarij.

**P**RÆTER expensas victus quotidiani consueverunt esse in domibus expensæ extraordinariæ: ut purà vestium, litium, & aliorum domui expeditum. Idcirco statuimus, quòd in die S. Lucæ eligatur dispensator extraordinarius. Erit autem huius dispensatoris officium expendere in his, quæ sunt domui convenientia præter victum. Expendet autem Collegij pecunias in his, quæ Rector expendi mandaverit, & præstabit iuramentum (a) fidelitatis, sicut & dispensator ordinarius, & quòd in proprios vsus pecunias Collegij non consumet, nisi forsan cum indigerit vsque ad quinque ducatos aureos. Finito verò officio, & eius ratione reddita, si quid apud eum pecuniarum manet, œconomus novo tradet infra octo (b) dies. Quod si non fecerit, tandiu

à por-

à portione sit privatus, & suspensus, donec realiter, & cum effectu, quod debet, solverit. Iurabit etiam, quòd pecunias Collegij non mutuabit, non enim (a) decet, vt Collegij pecuniæ per manus multorum vagentur.

### Cap. V. De electione Granarij.

**E**LIGATUR præterea vnus, cuius curæ incumbat frumenti, & hordei rationem (b) habere: per cuius manum pristice frumentum distribuatur in Collegio consumendum, iubeat etiam hordeum dari pro mulæ sustentatione. Volumus quippe mulam in Collegio semper existere, quæ in rebus opportunis, & Collegio convenientibus deservire valeat: in qua mula Rector, & alij Collegæ de eius mandato valeant equitare, non tamen per urbem, sed quum negotiorum necessitas extra progredi cogat. Equitantes autem caputis non vrantur, sed elamyde duntaxat. Is autem, sicut & cæteri rationem reddat frumenti, & hordei receptorum, finito officio. Et quod superest, successor in eodem ministerio tradat. Iurabit (c) autem, sicuti & cæteri, fidelitatem. Et vt opportuno tempore provideatur domui, volumus, quòd mense Septembri frumentum, & hordeum (d) ematur: qui per totum annum vsque ad novos fructus valeat sufficere, si Collegium de proprijs possessionibus, vnde sibi providere valeat, non habeat. Quod si habuerit in toto, vel in parte de residuo, in præfato mense provideatur. Erit autem conveniens, quòd mense Octobri, aut Novembri mustum reponatur in penu, quod sufficere valeat vsque ad mensem Maij: illo autem consumpto, vinum ematur potui Collegiarum conveniens de vino Salmanticens. A vino (e) autem peregrino, & pretioso se abstinebunt memores Salomonis (f) dicentis: Vinum facit apostatari: quod in aromatico, & pretioso vino locum sibi vendicare compertum est.

### Cap. VI. De potestate Rectoris, & Consiliariorum.

**S**TATUIMUS præterea, & concedimus Rectori, & Consiliarijs, quod possint supplere defectum circa servitia, & negotia Collegij quomodolibet emergentia, & singula facere, & disponere, quæ necessitati, & vtilitati Collegij cognoverit expedire. Prohibemus (a) autem Rectori, & Consiliarijs, ne ipsi locare valeant Collegij possessiones, aut redditus sine consensu Collegi-

(a) NOTA:

(b) Et moderatè, divitiæ grandes sunt homini vivere, parce, inquit, Lucianus, lib. 5. & Chrysost. de adventu Dñi, ait, quod parcas saluti mater.

(c) Iurare debent omnes habentes, quocumque officium de bene, & fideliter gerendo, ut hic ibi (sicut & cæteri) & supra, cap. 4. & infra, cap. 7. §. quæ omnes.

Y al señor Rector q̄ consentiere, que se cõpre fiado para el Colegio, pone el Consejo pena de 100. maravedis, en la visita. q̄ hizo L. Luis Fern. de Caceres, & doña, n. 5. v. in stat. 2. tom. 6. & ibi notata pag. 60.

(d) Frumentum debet emi, & quo tempore, alias pena decem ducatorum, Rectori non facienti provisiones ante finitum annum, penit per stat. 2. an. 1543. die 25. Junij.

(e) A quo vino abstinentium.

(f) Eccles. c. 19. vinum, & mulieres apostatari faciunt sapientes.

Rector, & Consiliarios iunctamente han de dar las libranças para q̄ pague el Economo, c. de visit. 2. quad. num. 17.

(a) So-

(a) Solus Rector non potest locare possessiones Collegij.

legarum, aut maioris partis ipsorum. Multò minus possint alienare, aut permutare Collegij bona, nisi concurrente utilitate, servato ordine iuris, ita ut præmissis tractatu alienationis trino contractus perficiatur. Si aliter factum fuerit, irritum sit, & inane, quicquid super hoc fuerit attentatum.

Cap. VII. De Medico, Notario, & Procuratore.

**I**TEM statuimus, & ordinamus, quòd in Collegio conducatur vnus Medicus doctus in arte sua, & expertus etiam: qui mederi valeat, & velet infirmis præter duos illos Medicos, quos in Collegio recipi supra statuimus. Poterunt tamen Medici Collegiales Medico ordinario iungi: cum quo de morbi qualitate, & curatione simul tractent, & se invicem iuvent. Infirmantibus autem dentur expensis Collegij cibaria, & victus necessarius (b) iuxta consilium Medici, vel Medicorum. Sit præterea in Collegio Notarius designatus, coram quo contractus Collegij conscribantur, & celebrentur. Sic etiam Procurator causarum Collegij, qui, cum expedierit, coram iudicibus Ecclesiastico, vel seculari compareat, & Collegij causas pro posse defendat. Qui omnes in suorum officiorum principio iurabunt, se bona fide infirmantium morbos, & instrumentorum editionem, ac causarum defensionem curaturos. Dabuntur autem eisdem salaria competentia secundum merita, & conditiones personarum: quorum salariorum medietas in festo Ioannis Baptistæ, alia verò in festo Natalis Christi persolvantur.

Cap. VIII. De tonsore, & lotrice.

**E**T quoniam iure cautum est, (a) quod Clerici, nec comam nutriant, nec barbam, idcirco statuimus, quòd in Collegio sit vnus tonsor, cui incumbat singulis quindecim diebus tondere Collegas, capellanos, & familiares: qui ut prædictum est, barbam non nutriant, etiamsi alicuius consanguinei, etiam fratris mors intervenerit. Coma autem admodò brevis sit, ut ad minùs auriculæ pars valeat apparere. (b) Sintque Collegiales in hoc, & alijs tantæ honestatis observatores, ut nullo modo de inhonestate notari valeant. Quòd si quisquam non fecerit, & monitus à Rectore non se emendaverit, mensa privetur per tres dies: etsi etiam sit contumax, & perseveret, crescente contumacia, cres-

cat

(a) Cap. 4. & 5. de vita, & honestate.

(b) NOTA.

cat numerus dierum privationis suæ, statuentes, quòd in Natali (a) Xpi, & in diebus sanctæ Resurrectionis, Pentecostes, & Assumptionis Virginis Mariæ omnes tondeantur. Habeat etiam collegium lotricem honestam fæminam, quæ vestes lineas collegarum, quæ iuxta corpus eorum sunt, singulis septimanis lavet. Detur autem tonsori, & lotrici conveniens salarium, sive in pecunia sive in frumento: in quo iusta retributio moderavitor.

Cap. IX. De arca Collegij.

**S**TATUIMUS præterea; & ordinamus, quòd in sacristia collegij sit vna arca fortis, quæ quinque clavibus claudatur. Quarum vnã tenebit Rector, tres alias tres consiliarij: (b) quintam verò teneat antiquior (c) capellanus. In qua arca sit bulla foundationis collegij, & privilegia tam reddituum collegij, quàm quæcumque alia Apostolica, & Regalia, & quæcumque alia instrumenta emptionis. In omnibus autem tam privilegijs, quam alijs quibuscunque instrumentis à tergo ipsorum convenientibus characteribus scriptum sit, quid talis scriptura contineat. Erunt autem scripturæ similes sibi invicem iunctæ, & in carta pergaminea inclusa. Supra quam generaliter exprimat, cuiusmodi sunt instrumenta, & scriptura introclusa. Sit præterea intra arcam grandem, & spaciosam, alia arca brevis, & modica, sed fortis, tribus clavibus munita: quarum vnã habeat Rector, secundam antiquior capellanus, tertiam verò consiliarius antiquior. In qua arca reponentur pecuniæ, si quæ sunt in collegio, ut tempore opportuno inde deducantur, vel pro collegij necessitatibus, vel pro alicuius possessionis emptione, vel pro censuum redemptione. Tenentes autem claves præfatas non (d) revelent alicui collegij pecunias, illius Gregoriani memores. Deprædari, inquit, desiderat, qui publicè in via thesaurum portat.

Cap. X. De custodia in conservatione librorum, & bibliothecæ.

**S**TATUIMUS præterea, & ordinamus, quòd omnes libri qui intra bibliothecam clauduntur tam à nobis dati, quàm aliàs quomodocumque dominio collegij accedentes sint in bibliotheca hoc modo: Ponantur in banquis, & ligati catenis, & annulis ferreis per annulos includantur intra virgam ferream: in fi-

M

ne

(a) Quod tempore tondeatur.

(b) Nullus claviger potest dare clavem sibi commissam Rectori, & se absentante substitutum ponat, ut per statutum 3. anno 1567.

(c) Arg. leg. fin. D. de fide instr. Ay cap. de visita 2. quaderno num. 10. que el capellan que tuviere llave de Archivo, este, y se halle presente à sacar de el escrituras, y al volverlas à poner, y si se saliere de la capilla, dese cerrada el arca, llevando se su llave.

(d) Nota.

ne verò virgæ ferreæ per anulum illius includatur ferreus vectis, & clave claudatur, ita quod nullo modo inde valeat extrahi, neq; liber aliquis à virga ferrea dimoveri. Claves autem prædictarum bancarum ponantur in arca communi, de qua supra dictum est. Nullus (a) autem liber bibliothecæ assignatus inde extrahatur: nisi vt aptetur, & ligetur, ex nulla etiam causa alicui commodetur, etiam quantumcunque vrgenti. Qui furatus fuerit librum in bibliotheca constitutum: si fuerit extraneus: furti arguatur coram competenti iudice, & debita pœna puniatur. Si autem fuerit collega, qui furatus est, pro prima vice portionem mensæ per annum amittat, pro secunda verò collegio sit privatus. Vt autem in quærendis libris facilius, quod quæritur, inveniatur: omnes libri sacre Theologiæ, Artium, & Medicinæ erunt ad dexteram partem bibliothecæ, libri verò Iuris Canonici, & Civilis ad sinistram: ita vt respondeat destra pars bibliothecæ destræ altaris, & sinistra sinistræ. Et vt facilius, quod quæritur, inveniatur, à latere cuiusquam banquæ ad murum erit carta pergaminea tabulæ affixa, in qua scripti sint omnes libri in eadem banqua contenti. Et si intra aliquem codicem plura fuerint opuscula diversa, etiam in dicta tabella seriatim, & particulatim scribantur.

Cap. XI. *Quid agendum sit crescentibus, vel decrescen-  
tibus collegij redditibus.*

**I**TEM, quia tanta est rerum varietas, vt quæ magna sunt, ruant, & quæ parva sunt, maiora proveniant: idcirco statui-  
mus, & ordinamus, quod si redditus collegij excreverint, ita vt resectis expensis ordinarijs, atq; extraordinarijs aliquid excre-  
verit, residuum ponatur intra arcam: quam diximus parvam in arca maiori inclusam: vt opportuno tempore, vel inde aliquid ematur collegio conveniens. Cuiusmodi sunt collegio (b) domus appropinquantes, vel aliæ possessiones possessionibus collegij cō-  
tiguæ. Sed hic numerus pecuniarum non excedat summam triū-  
millium ducatorum. Quod si excefferit, & collegialibus visum fue-  
rit non imminere aliquam tam gravem necessitatem, ad cuius supplementum nec illa summa sufficeret, tunc semel in Natali Christi, & iterum infesto Resurrectionis distribuuntur eleemosy-  
næ (c) per pauperes scholares Salmanticæ studentes per modum, & mensuram, quæ videbitur collegijs iuxta quantitatem eleemosy-  
næ, & pauperum conditionem. Si (d) verò, quod absit, redditus col-  
legij

(a) Libri biblio-  
thecæ nullo casu  
commodentur,  
neque extra ban-  
tur.

(b) Quod debent  
emi domus ap-  
propinquantes  
collegio.

(c) Eleemosyna  
quando fieri po-  
sint. Idem vide  
iure etiam colle-  
gij ex Luca c. 11  
quod superest,  
date eleemosynā  
aliās secus, quia  
de rebus alienis  
non licitè facit  
quis eleemosynā  
cap. non est 1. q.  
1. ex Thom. 2.  
2. q. 32. art. 5.

(d) Quid agen-  
dum, si fructus  
decrecant.

legij adeo decreverint, quod sufficere non valeant ad supplendas ordinarias, & extraordinarias expensas, tunc prudenter, & cautè expensæ minuantur, p̄missio extraordinariæ, (a) secundo ordinariæ; sine defectus revelatione status collegij integer maneat. Quod si adhuc penuria semper excreverit, vacantium præbendarum electio ad tempus differatur, donec redditus iterum ad pristinum statu-  
tum reddeant, taliter, quod collegij status integer perseveret.

Cap. XII. *De visitatore.*

**N**ON dubium est, quin visitatio magnam afferat utilita-  
tem (b) visitatis locis: propter quod iura frequenter tam in Ecclesijs, quam alibi visitationes & fieri, & frequentari iubent. Ideoque statuimus, vt singulis annis visitatio collegij fiat & incipiatur à festo S. Martini de mense Novembris, & finiatur in vigilia Nativitatis. Licet autem apud nos de futuro visitatore multum tractaverimus: visum tamen nobis est; quod visitatio non personæ singulari, sed collegio commitenda est, tum quod singulares personæ cedunt, atque decedunt: collegia verò perseverant, tum quod singulares personæ solent aliquando in agendis passione à recto dimoveri: in collegia verò passio non cadit. Con-  
siderantes autem, quod in Ecclesia Cathedrali sunt viri, & esse con-  
sueverunt providi, & in litteris eruditi, & ad rem, de qua quæritur; non parum idonei: decrevimus rogare, & obsecrare reverendos, & circumspecto Dominos Decanum, & Capitulum Ecclesiæ Salmantian. vt velint, & dignum ducant de gremio suo in die S. Martini præfati visitatorem eligere dignitatem, aut Canonicum (c) illius Ecclesiæ. Qui sic electus ad collegium vadat, & se visitatorem fuisse electum insinuet, brevi cedola capituli hoc attestante. Quo cognito collegiales eundem reverenter excipiant, & se esse paratos, vt visitentur, profiteantur, visitator autem antequam ad visitationem admittatur, publicè (d) iuravit; tacto signo crucis, & sanctis Evangelijs, quod in visitatione utilitatem, & honorem (e) collegij, quantum in eo fuerit, procurabit, & collegium, & Collegas proposse reformabit, & quod in visitatione, nec odio, nec amore, nec pretio, nec prece à recto deviabit. Et quod secreta collegij, & in visitatione contenta in perpetuum non revelabit. Præstito autem iuramento Collegiales congregari mandabit, & sic ad executionem suæ visitationis procedet. Is autem, qui vno anno fuerit visitator: infra biennium in visitatorem eligi non valeat.

(a) Quia iuxta  
facultates facien-  
di sunt sumptas  
cap. sopite, infi-  
ne, cap. nuper de  
censibus, crescit  
ergo patrimoni-  
um eius, qui or-  
dinate vivit, ar-  
gum. leg. 2. ff.  
ubi pupillus edu-  
cari debeat.

(b) Ex Trid. de  
ref. c. 3. §. visita-  
tionum autem,  
sess. 24.

(c) Debet esse  
eiusdem qualita-  
tis, & etatis,  
sicut Collegiales  
ex statuto anno  
1553. in 10. die  
Novemb. Rectore  
Andrea Lopez  
& anno 1554.  
in 15. die No-  
vemb. Rectore  
Ioanne Ildep.

(d) Quid iur are  
debeat visitator  
(e) Vnde secreta,  
& propria ma-  
nuscripta debet  
esse visitatio,  
aliās non valet  
quia non serva-  
tur honor, si sic  
detegitur honor  
Collegiarum, &  
Collegij.

Cap.

## Cap. XIII. De potestate visitatoris.

**V**ISITATOR autem præmissis iuramento, & receptione sua ad visitationem procedat. Et primo quidem personas visitabit, & de eis inquiret: vtrum seruent constitutiones, & statuta per nos edita, & si in aliquo eos, vel eorum aliquem deliquisse, reperiet, puniat arbitrio suo: vbi constitutio (a) pœnam non imposuerit. Inquirat præterea de moribus Collegiarum, & actibus eorum, quæ gesserunt tam in collegio, quam extra: principaliter tamen de duobus curam habeat, videlicet de moribus, & litteratura, postea verò de bonis inquiret, quæ sunt, & quem statum teneant, & vbi viderit expedire, quæ lapsa sunt, reedificari mandet: quæ locata non sunt, locari curet: quæ emptione digna iudicaverit emi, iubeat, si ad hoc collegij sufficiant facultates. Quod si iuxta formam constitutionum aliquis Collegialium privandus veniat eundem collegio privatum dimittat, & denuntiet, & expelli mandet. Ad cuius executionem omnes Collegæ eundem iubent, & eidem faveant sub pœna præstiti iuramenti, & privationis portionis per annum. Finita autem visitatione, dentur visitatori ducati boni auri, & ponderis tres, & vnum xenium perdicum, aut caponum valoris vnius ducati. Possit autem visitator esse dignitas, personatus, aut canonicus Ecclesiæ, sicut dominis capitularibus melius videbitur expedire.

## TOMVS QVINTVS.

Imponit pœnas in aliquibus, quæ iure puniendi videntur. Duæ sunt enim iustitiæ partes, videlicet declinare à malo, & facere bonum. Idcirco subiiciemus quædam, quæ evitanda videntur pœnis adiectis eisdem.

## Cap.

## Cap. I. De pœna blasphemantium, aut per Deum, &amp; Sanctos iurantium, vel turpia verba loquentium.



**I**ACOBUS in Canonica Epistola cap. 1. ait: Siquis putat religiosum se esse non refrenans linguam suam: huius vana est religio. Idcirco quoniam Collegiales in sermone prudentes, & modestos esse oportet, & qui à malo non abstinere virtutis amore, saltem formidine pœnæ abstinere. (a) Idcirco statuimus, & ordinamus, quòd blasphemantes Deum, (b) vel S. Virginem Mariam, vel Sanctos, pœna decem regalium argenteorum puniantur. Iurantes verò per Deum, Virginem, aut Sanctos pro qualibet vice, qua iuraverit, vno regali argenteo puniantur, nisi id fecerint in casibus à iure permisis: turpia (c) verò loquentes corripiantur à quocunq; audiente, & Rector de his admonitus privationem mensæ, vel alia arbitraria pœna eundem turpiter loquentem corripiat. Et si publicus sit excessus, publicè puniat, si verò occultus, occultè.

## Cap. II. De pœna illorum, qui feminam aliquam in cubiculum aliquod collegij duxerint, vel cum aliqua rem habuerint.

**V**ERBA Hieronymi sunt: (a) *Hospitiolum tuum mulierum pedes nunquam terant, exurit quippe femina conscientiam viri pariter habitantis.* Idcirco statuimus, ne aliquis in collegio feminam aliquam quantumcumque honestam in cubiculum suum introducere præsumat. Quod si fecerit, graviter puniatur, nisi fortè mater, aut soror, aut talis, de qua naturale fœdus (b) nihil criminis suspicari permittit. Pernocitare verò intra collegium nulli feminæ permittatur. Quod si quis eam intromiserit per se, vel per alium, ipso iure collegio sit privatus. Quod si Collegialem aliquem vitium carnis cum quacumque femina etiam extra collegium commisisse fuerit probatum, pro prima vice portione collegij vno anno privetur: pro secunda verò collegio sit privatus.

## Cap. III. De pœna furantium aliquid de rebus Collegij.

N

ITEM

(a) Visitator pœnam constitutionis, alias ad arbitrium imponat.

(a) Cap. 13. de vita & honestate Clericorum.

(b) 1. Reg. 2. Nā si vir peccat in virum, potest placari Deus. sed si vir peccat in Deum, qui oravit pro eo, &c. 26. de iure iur. non discedet à domo eius plaga

(c) Colloquia mala corrumpunt bonos mores, 1. Corinth. 15. Paulus Colos. cap. 3. a.

(a) Cap. antepen. dist. 32.

(b) L. 19. C. de Episcopis, & clericis.



Quem rutilans virtus ad sacros duxit honores.  
 Asturicæ Præful, post Malacæ ille fuit.  
 Ac demum factus Caucentis Episcopus vrbis,  
 Quæ Concha est hodie, mirifice emicuit.  
 Iuridicum ille tuum Conuentum Pincia rexit.  
 Hoc Pisoraca aquis concinit vndisonis,  
 In quo se Præses caste, integreque ita gessit.  
 Ut laudem inde sibi perpetuam tulerit.  
 Hinc rerum variam acquisiuit cognitionem,  
 Et res prudenti consilio explicuit.  
 Hoc decus egregiam, nomenque illustre paravit,  
 Hoc illi famam contulit eximiam.  
 Quia ducti Reges Fernandus, & Elisaëtha  
 Ornare amplis muneribus Didacum.  
 Nam fidei eius Ioannam committere natam  
 Magni Reges non timuere suam  
 Pro qua suscepit præduros ille labores:  
 Quos semper forti mente, animoque tulit.  
 Quin & Ioanna CARLUM natum, atque Philippo  
 Tinxit aquis sacris ille suis manibus.  
 Et quod Regina tunc maximus ille Sacerdos,  
 Caucentisque esset Præful in vrbe sacer.  
 Præstitit officium, quod Ioanne, atque Philippo  
 Debit, ut potuit, Regibus, ac decuit.  
 Legatus missus fuit ad Gallum, atque Britannum.  
 Hoc Regum Hesperia nomine munus obit.  
 Quid memorem Didaci Caucentis Præfulis illa  
 Pulchra opera, & fidibus digna cani Aonijs.  
 Sed superat splendore suo Collegium, & omne,  
 Quod BONVS Antistes condere, iussit opus.  
 Quod resonat Tormis, laudat Salmantica Phœbi,  
 Et Cereris sedes, Castalidumque domus.  
 Hoc alit illustres genere, ingenioque potentes,  
 Et Sophia claros, iureque vtroque viros.  
 Qui iam finito rigido, insomnique labore,  
 Tunc fructus capiunt ingenij, & studij.  
 Iuridicos alij Conuentus, atque Senatus,  
 Exornantque alij Regia Consilia,  
 Hinc exire solent alij, ut vel Regna gubernent,  
 Vel præsent magnis vrribus, & populis,  
 Quos longè, lateque tenet Rex ille PHILIPPVS

*Salazar de Médoza en el título de la vida de el Cardenal Tavera, c. 9. adde dize, que entonces era Obispo de Malaga, y Capellán mayor de la Archiduquesa D. Juana Madre del Emperador*



Maximus in terris, imperioque regit.  
 Hoc insigne quidem, & pulchrum Collegium ab vrbe  
 Caucenti egregium, & nobile nomen habet.  
 Quod dedit Antistes Didacus RAMIRIUS vrbis  
**A**NNO Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, die vigesimo quarto Ianuari, regnante in Hispania potentissima, atque Catholica Maiestate Philippi II. de Austria Regis, in sancta verò sede Romana Gregorio XIII. Pontifice Maximo, & in nostro insigni, admodum, ac celeberrimo Collegio Rector Lic. D. Didaco Alderete de Haro, in iure Pontificio Cathedratico, huius celeberrimæ Vniversitatis Salmantinæ, decretum est per vniuersum collegium, vt constitutiones, & statuta ipsius collegij Typis mandarentur (vt constat ex lib. determinationū collegij) vbi fuit determinatū, vt huiusmodi statutis, & constitutionibus, & cæteris alijs ad illas convenientibus assisteret Lic. D. Antonius Ramirez de Mendoza in præfato collegio Collegæ verò, qui fuerunt in hac determinatione sunt Dominus præfatus Rector, Licenciatus Egidius Ramirez de Arellano cathedram Primariam in iure casareo possidens Ocanensi oppido natus, Licen. Hierony. de la Milla Carmoensis, Licen. Ioannes Quende Riosecanensis, & D. Licen. Don Antonius Ramirez de Mendoza Villescusanus, seu Conchenensis Licen. Don Alexander Centurion Genuensis civitatis. Doct. Ildefonsus Ruano Babylafontanus, necnon Canonicus Cordubensis, & Magister Ioan. de Lezcana ex civitate Vitoria, Lic. Don Egas Venegas Giron Granatensis, Lic. D. Martinus Idiacaiz Azcotianus, Doct. Petrus Gomezus de Contreras Cordubensis, Lic. Arias Gago Pontevedranus, & finitæ fuerunt in prelo hæ constitutiones viventibus prædictis 15. Iulij denuo electi Lic. D. Anton. Venegas de Figueroa Macritinato, & Lic. D. Thoma Ximenez Ortiz Ualif. Oletano, & in sancta Romana Ecclesia suffecto de novo Sixto V. Pontifice Max. Sequitur rescriptum Apostolicum, quod pratici (significarunt) appellant, ad instantiam D. Rector. & Collegarum impetratum, per quod excommunicantur omnes recipientes, turripientes, vel derinentes, & occultantes bona collegij, à qua absolvi non possunt donec integraliter satisfaciant, tenoris sequentis.



**P**AULVS Episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri Episcopo Casertanensi salutem, & apostolicam benedictionem significarunt \* nobis dilecti filij Rector, & scholares, Collegiales nuncupati collegij scholarium sancti Iacobi de Cuenca nuncupati in Vniversitate studij Salmantini, per bonæ memoriæ Didacum Ramirez Episcopum Conchen. dum in humanis ageret fundati. Quod non nul-

li iniquitatis filij diversorum status, gradus, ordinis, & conditionis, & dignitatis existentes, quos prorsus ignorant census, fructus, reditus, probentus, terras, domos, possessiones, vineas, ortos, campos, prata, pascua, nemora, sylvas, arbores, arborum fructus, vini, bladi, frumenti, hordei, avenæ, lini, lanae, siliginis, auri, argenti, monetati, & non monetati quantitates, vasa argentea, aenea, stannea, cuprea, ferrea, pannos lineos, laneos, sericeos, vestes, iocalia, annulos, lapides preciosos, lectos, lintheamina, mappas, manutergia,

S

\* Solet enim Cancellaria Apostolica concedere huiusmodi rescriptū sub forma significavit, quod vulgares Paulinam appellat, eo quod Calixtus I. Pontifex, primum eo usus est, & frequentatum est à Paulo II. Ponti Romano, & cæteris pro omni restitutione secreto faciendâ, seu satisfactio ne sepe quacumque iniuria illata, etiâ infamia verbali, facti, vel scripturæ, vt in c. quod dicam 14. q. 4. & in cap. quidam 5. q. 1. & toto tit. ff. ad leg. Aquiliam, lex 1. §. iniuriam & lex ite §. ait Prætor, ff. de iniurijs, & c. ex merito, & c. sup. plurimi & c. deteriores 6. q. 1. vt notat glos. in cap. si qui scon-

## DE JACOBO RAMIRIO

VILLASCUSANO, CONQVENSIS EPISCOPO,  
Viro literatissimo.



**A** HINC ANNO FERE QUADRAGESIMO-secundo, cum ego Salmanticam me contulisset, ubi triginta litterarum diversarum facultatum professores erant, quos illic Cathedricos appellabant, & auditorum millia septem eo anno recenseri fuere, qui matriculati dicebantur, nemo tunc erat in gymnasio tam celebri, in tantaque litterarum, & studentium multitudine, qui prædulcem linguæ Latinæ degustationem, suamque fructum delibasset, aut Grammaticè saltem, congruè loqueretur, nisi duntaxat vnus Jacobus Ramirus Villascusanus, qui nunc Conquensis Ecclesiæ curam gerit. Quem quidem eloquentissimum, & in omni genere scientiæ doctissimum, sapientissimumque cognovimus, & in scribendis epistolis, atque alijs operibus elegantissimum. Cuius sapientissimo, fidelissimoque consilio, & summa prudentia Catholici Principes in publicis rebus, atque privatis, arduisque negotijs vti consueverunt. Quem etiam propter eius integerrimos mores, & honestissimam vitam, non humanis solum negotijs, sed etiam divinis suæ domus ceremonijs, & Sacerdotibus præfecerunt. Quibus ille diligentissimè serviens magnos quidem, multosque terra, marique labores per tulit. Quapropter iure quidem à Catholicis Principibus Asturicens. Ecclesiæ primùm, deinde Malachensis, postea Conquensis dignitate donatus fuit. Erat namque Sacerdotum, atque Pontificum omnium pulcherrimum specimen, summumque decus. De cuius magnis virtutibus, & meritis plura quidem, maioraque memoratu digna scribere possemus, quæ causa brevitatis omittimus. Statura corporis fuit excelsa, cunctisque membris bene compactus. Colore candidus, aspectu benignus, sermone placidus, & cum omnibus cuiuscumque generis hominibus mitis, humanus, & affabilis. Cuius paternum genus ab Arellana nobili familia, ut accepimus, originem duxit. Quod succedente tempore causa matrimonij, & affinitatis à Pharo quoque cognomen accepit. Avus siquidem huius Episcopi Conquensis nomine Egidius filius fuit viri cuiusdam nobilis, qui Cameris imperabat. Fuit autem Camerorum dominus Jacobus Arellanus, à Pharo cognominatus. A quo descendit, ut dictum est, avus (\*) Conquensis Episcopi. Qui ex sua patria proficiscens in regionem Toletanam se contulit Infantem Henricum sequutus, & in oppido Villascusa uxorem duxit, filiam cuiusdam illius oppidi viri primarij, sed fortunæ tenuis, & exigui patrimoniij. Ex quo quidem coniugio nobilissima proles, & viri successerunt vtriusque ordinis Sacerdotalis, scilicet, & equestris insignes, & memorabiles. Fuit autem hic Antistes vir continentissimus, & admirabile castimonie specimen. Ideoque Venereos actus aspernatus, cum liberis caruisset, adoptavit sibi successorem, & hæredem Petrum Ramirum Arellanum Laurentij Ramiri Arellani sui fratris filium, qui Lixar, Cobar, & Congustum oppida possidebat. Erat autem Petrus Arellanus quem Patruus eius Antistes prudentissimus elegit hæredem, eques valde nobilis, & litteris adornatus. Quippe qui Bononiæ multos annos legibus vtriusque iuris impenderat. Unde reversus in Hispaniam Civilis. & Canonice scientiæ titulis insignitus à Catholicis Principibus in numeram Consiliariorum fuit electus, & Auditor in oppido Vallis-Oleto iuridici conventus, quem Chancelleriam vocant. Vbi magnum nomen, & claram famam, tam scientiæ, quam virtutis est adeptus. Qui cum se ad militiæ Ordinem pronum cognovisset, militarem vitam elegit, & equos, armaque tractare cœpit tamen litterarum studia non aspernatus assidue lectionibus incumbere, & præsertim libris humanitatis, & antiquis historijs. Uxorem autem duxit Leonoram Mendociam, & Gothomanam Orgacij Comitissæ sororem, foeminam generosam, & vnam de primarijs totius Hispaniæ.

(\*)

Additio.

Imò Nūnus Ramirez, frater fuit Iacobi de Arellano à Pharo Dñs Camerorum, & iste Nūnus habuit filium Iacobum Ramirum, & Iacobus Egidij. Egidij autem Petrum Ramirez de Villascusa Patrem Fundatoris Collegij, qui quidam Eps. Fundator Salmanticae Cathedralis Theologiae obtinuit.

BVLLA

BVLLA APOSTOLICA:

IN NOMINE  
DNI. NOSTRI JESV CHRISTI,

AC VIRGINIS GLORIOSÆ MATRIS EIUS,  
ET BEATI JACOBI ZEBEDÆI.



**N**OVERINT UNIVERSI PRÆSENTES litteras inspecturi, visuri pariter, & audituri, quòd Nos Jacobus Ramirez Dei gratia, Conchenf. Episcop. Serenissimæ Ioannæ Reginae Castellæ, Legionis, Aragoniæ, Navarrae, & vtriusque Siciliæ, Comitissæ Burgundiæ, &c. Protosacerdos, & eius Reginae, ac Cesareæ Maiestatis Consiliarius. Cupientes temporalia bona in æterna commutare, litteras quoque, & virtutem, quantum possumus, pro parvitate nostra augere, Collegium pro pauperum scholarium habitatione, & manutentione ad hoc auctoritate scælicis recordationis Adriani Papæ VI. suffulti, construere cœpimus in vrbe Salmantica, cuius quidem facultatis tenor sequitur, & est talis.



**A**DRIANVS Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sollicitè considerationis indagine præscrutantes, quàm preciosum sit sapientiæ, & scientiæ donum: magnò desiderio ducimur, ut litterarum studia, in quibus per lectionis exercitium divina cooperante gratia laudanda acquiruntur scientiæ margarita: vbilibet incrementa suscipiant, ac fortius indalescant. Et ut id feliciter subsequi possit, personarum nobis, & Apostolica Sedis devotorum, votisque ad hoc tendere conspiciamus, Apostolici favoris suffragium propensis impartimur. Sanè pro parte venerabilis Fratris Didaci Episcopi Conchenf. nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd ipse de propria salute cogitans, ac terrena in caelestia, & transitoria in æterna felici commercio commutare cupiens pro divini cultus, ac virorum eruditorum, ad quos singularem gerit affectum, augmento, & litterarum, & Fidei Catholice propagatione in Civitate Salmantica: in qua insignis Vniversitas, & studium generale vigere dignoscitur: in loco ad hoc congruo, &

PETITIO:

UNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

GREGORIO USAL ES

tristatus, 90. dist. notaturq; in c. de occidendo 23. q. 5. & 45. dist. & datur predictu recripiu pro dimois ratio- ne iniurie patri pro filio, dūmo o si in po eare, & viro, vel spōio pro vxore aut pro lō- si, a n autē hoc ca tu dabitur è cōtra, d tarq; etiam hāre di propter damna illata defuncto ex s patitur inst. de iniurijs, notant Doc tores in cao. olim, & c. 1. de iniurijs, novissimē tamen propter abusu offi cialium Episcopoū pro factis, non nisi ex causa magna per Episcopū exa mināta possunt cō cedi ex Trid. sel 25 c. 2. quod vulgus processus de reb. appellabant, quæ an valerent erit du- bium propter c. Romana, §. cav. at de sent. ex cōmu- nic. in 6. lata tamē valet arg. c. 2. co- dē tit. in ant. vbi Host. vel cum in diacrii practiam ponit Quid autem si iniuriatus, seu damniatus reni- teretur recipere moderatā satisfac- tionē, & raticabi- lem? Videndus est Host. in summa nū. 62. de penit. Quid autē si iniuriā sit facta clerico suo, a possit dari Episco- po prafatum res- criptum? si et non- evā viderim, crede- rem nescer. etiam si esset disimul- ta per clericū ex c. pa- rochianos de sent. ex comm. notatur in c. si diligenti de foro competenti.

& alia domorum utensilia, equos, oves, vaccas, & alia animalia, li-  
bros rationum, contractus, instrumenta, obligationes, cedulas, qui-  
tantias, testamenta, scripturas publicas, & privatas, protocola,  
& alia documenta, debita, credita, legata, mutua, deposita, iura,  
iurisdictiones, pecuniarum summas, ac alia diversorum generis, & qua-  
litate bona mobilia, & immobilia in diversis civitatibus, terris, op-  
pidis, castris, villis, & locis, existentia, & consistencia, ac etiam  
per dictum Didacum Episcopum dicto collegio relicta, seu dum in hu-  
manis ageret concessa, & ad dictum collegium propterea, vel aliās  
quomodolibet legitime spectantia, & pertinentia tenere, & malitiosē  
oculta, & occultē detinere presunt, non curantes ea prefatis sig-  
nificantibus exhibere in animarum suarum periculum, & dictorum  
significantium non modicum detrimentum, super quo dicti significan-  
tes apostolica sedis remedium implorarunt. Quo circa fraternitati  
tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus omnes huiusmodi cen-  
sum, fructuum, litterarum, scripturarum, pecuniarum summa-  
rum, & aliorum bonorum predictorum detentores occultos ex parte  
nostra publicè in Ecclesijs coram populo per te, vel alium, seu  
alios moneas, ut infra competentem terminum, quem is prefixe-  
ris, ea prefatis significantibus à se debita restituant, & revelent,  
ac de damnis, & iacturis debite satisfaciant. Et si id non adim-  
pleverit infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc duxe-  
ris presigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sen-  
tentiam proferas, & eam facias vbi, & quando expedire videris,  
vsque ad satisfactionem condignam solemniter publicari. Data Romæ  
apud sanctam Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo quin-  
gentesimo quadragesimo septimo, Kalendas Februarij Pontificatus nostrī  
Anno septimo. FINIS.

## SEXTUS, ET NOVVS TOMVS.



**Q**UONIAM secundum fragilitatem humanam  
nulla lege quantuncumque perfecta, potest circa om-  
nes casus futuros provideri, & semper sit necessa-  
ria nova legum editio, tam circa bona recte gubernan-  
da, quam circa alia determinata per Illustrissimum

Dominum Fundatorem nostrum, operæ precium duximus, statuta  
per

per nostros Collegas edita, & sparsa, in hunc sextum Tomum re-  
digere, necnon omnia alia necessaria ad collegium spectantia hic  
inserere: instar Bonifacij VIII. qui sextum librum Decretalium  
ad supplendum dispositiones Decretalium antiquorum, suum vo-  
lumen composuit, in quo sub libro 6. disposita in quinque libros  
Decretalium Gregorij IX. declaravit, supplendūque, & hoc ni-  
mirum, quoniam ut summus Pontifex Innocentius VIII. inquit,  
quod non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem  
temporum statuta, & ordinationes quandoque variantur huma-  
næ. Quoniam ipse Deus ex ijs, quæ in veteri testamento statue-  
rat, non nulla mutavit in novo, ideo per ordinem, & tempora po-  
sumus statuta, ut iuxta verbum psalmistæ, De virtute in virtutem  
ambulemus, Psal. 83.

**S**Almanticæ, Arno Domini millesimo quingentesimo qua-  
dragesimo tertio, die vigesimo quinto mensis Iunij, Rector  
& Collegæ, videlicet Didacus Ximenez Maldonado Rec-  
tor, Lic. Ioannes Zapata de Cardenas, Ferdinandus Ruyz de Uil-  
legas, Franciscus Hernandez, Ferdinandus de Hugarte: in colle-  
gij capella, sono campanellæ (secundum morem) vocati sequen-  
tia statuta ordinaverunt, & iuraverunt, sibi, & alijs in posterum  
observanda.

### I. Quod iocalia non commodentur.

Primum statuimus, & ordinamus, quod iocalia omnia capel-  
læ (ut eorum vtilitati consulatur) extra collegium (etiamsi om-  
nium patrum consensus interveniat) commodentur nemini, nec  
Rector, nec Collegarum aliquis (sub pœna decem florenorum)  
proponere hoc audeat in capella.

### II. Rector ante finitum officium faciat provisiones.

Item statuimus, quod Rector ante Rectoratus finitum officium  
provisionem tritici, vini, carbonis, sebi, & aliarum rerum tem-  
pore congruo (pœna decem florenorum non facienti imponen-  
da) facere, & domi reponere teneatur, quam pœnam primus  
successor, à festo Lucæ vsque in diem epiphaniæ, si non exequa-  
tur, teneatur in duplum.

III.

*Al señor Rector.  
que consistiere, q̄  
se cōpre fiado pa-  
ra el colegio, pone  
el Consejo pena de  
diez mil maravedis  
en la visita q̄  
hizo D. Luis Fer-  
nandez de Cordo-  
va, num. 5. esto en  
trando el caso, q̄  
el colegio tenga  
dineros propios.*



## III. Collegæ quòd incedant bini, &amp; bini.

Limita in festi-  
tatibus principa-  
libus parochis, &  
monasterij, ubi  
multitudo populi  
congregatur.

Item, quia aliter & honestati, & authoritati collegij, & Collegarum detrahitur, statuimus non aliter, (nisi parochialem Ecclesiam, aut scholas, divum vè Augustinum adcentes) quam bini & bini incedant Collegæ: poterunt verò nec bini equitare civitatem perambulantes, & si publicum officium alicui Collegarum obtineri contigerit, vel si maluerit etiam cum iuniori Collega matricem Ecclesiam, vel iudiciorum locum, vel alium quemlibet de licentia Rectoris adire; aliàs privationem decem dierum à portione mensæ frangens sentiat, & ad locum iudicij, si maluerit, equitando vacat, dū tamen ex equo, vel nulla nullibi descendat.

## IV. Nullus prandeat extra Collegium.

Item statuimus, quod Collegarum nullus, nec ipse solus, nec cum alio associatus, extra collegium, intra urbis confinia, aut prandeat, aut cœnet invitatus, nisi in monasterio, aut in Prælati alicuius domo, petita Rectoris & obtenta licentia, qui contrarium præsumperint à portione mensæ per duos menses priventur.

## V. Non detur licentia absentanti sine fidei iussione.

Item, ne domus (debitis non solutis) detrimentum patiatur, statuimus, quod si Collegam aliquem extra Civitatem iter arripere Rector sciat, eidem licentiam non prius impartiat, quam præstita fideiussoria cautione, quale quale debitum existat, contra, si Rector fecerit, pro quantitate debiti teneatur, nec verum debitorem etiam præstando liberetur, & die D. Iacobi omnes solvere, aut pignora deponere teneantur sub pœna privationis collegij.

## VI. Quod nullus possit esse oppositor. cathedræ ante capellæ nominationem.

Item, & honori, & concordie Collegarum consulere volentes, statuimus, quod cathedra vacante aliqua, si Collegæ plures simul eius oppositionem prætendant, Rector, & Collegæ, vel eorum

Uide cap. 19. tom.  
3. & cap. 20. &  
ibi nota tom 7.

rum maior pars sufficientiorem eligant oppositorem, cui alij favorem præstent, & suffragia: si verò vnus tantum existat, non possit oppositionem exequi, antequam oppositor nominetur ab eisdem.

## VII. Antiquior potest optare informationem admittendorum.

Item, quia congruum, & rationabile est, vt in aliquibus honor Collegij deferatur antiquioribus, statuimus, quod Collegarum antiquior (antiquiorem appellamus habentem priorem vocem in Capella) quamlibet admittendorum informationem possit sibi eligere faciendam, nisi aliter duobus ex tribus Collegij partibus visum fuerit.

## VIII. Quod semel contra dictum est, amplius non proponendum.

Item, quia sine causa variatio iure reprobatur, statuimus, quod si aliquid gratiæ semel propositum contradicatur in Capella, iterum proponatur nunquam, nisi velit, qui proposuerit à portione mensæ triginta dierum privationem incurrere.

## IX. Quod expensæ informationum ante receptionem Collegarum percipiantur.

Item statuimus, quod Rector ante Collegarum, vel Capellanorum receptionem sub iuramento, informationum expensas omnes, vel ab eisdem percipiat, vel pro eis pignoribus auri, vel argenti incumbat: aliter enim sciat se in solidum soluturum, nec verò præstito debitore liberari, quæ pignora intra duos menses noviter recepti teneantur liberare, vel solvere; alioquin suffragio Capellæ interim priventur, & votum, aut eius vox facta pro nihilo habeatur.

## X. De visitatione quolibet anno facienda in locum de Silleros.

Item, quia ratione, & experientia vtile, & necessarium esse compertum est, statuimus, quod quolibet anno Septembri, vel Octobri, duo ex Collegis nominentur, ex antiquioribus alter, alter verò iunior sit, qui ambo oppidi medietatem de Silleros adeant

Ita erat lex  
efficitur apud  
Ciceronem, ti-  
tul. 3. dict. leg.  
66. ibi: Nec  
pl. quam de  
jnguis rebus  
semel consu-  
lunt.

Confirmase, p  
renuevase este  
Estatuto por  
cap. de Visita,  
2. quaderno,  
num. 17.



& visitent fundos per ambulantes omnes, fiat ne ijdem possessionum limites loco, longitudine, ac latitudine inspicientes, mutatosque flectant, atque si necessarium fuerit, quaternis lapidibus signent, qua antiquus limes Collegij prædia ab alijs distincta demonstrabunt: de quibus omnibus fidem Collegio faciant redeuntes, semper dum fieri possit, eligatur Collega iunior huiusmodi rei iacius, ut omnibus in posterum pateat.

XI. *Assignatio camerarum Capellanorum.*

Item statuimus, & ordinamus, quòd in parte theatri lava post lapides scalæ ascensum, duæ camerae in ordine primæ sint perpetuis temporibus Capellanis assignatæ, sublata omninò aliarum camerarum optione. In quorum omnium confirmationem dictus Rector, & prædicti Collegæ omnia dicta statuta solemniter iuraverunt, se observaturos, facturosque ab alijs observari, & in huius fidem proprijs nominibus signaverunt.

Diego Ximenez Maldonado,  
Rector.

Fernan Ruiz de Villegas,  
Prior de Covarrubias.

Franciscus  
Ferdinandus.

Licentiatas  
Zapata.

Ferdinandus  
de Huarte.

**S** Almanticæ anno Domini millesimo quingentesimo quadragésimo quinto, die decimo septimo Ianuarij mensis, Rector, & Collegæ, videlicet Didacus de Espinosa, Rector: Licent. Ioannes Zapata de Cardenas, Franciscus Fernandez, Ferdinandus de Huarte, Franciscus Briceño, Tello de Aguilar, Didacus de Trillo, Magister Stephanus de Muro in Collegij Capella sono campanellæ secundum morem vocati Statutum sequens ordinaverunt, & iuraverunt sibi, & alijs in posterum observandum.

XII. *De cubiculis non ordinandis.*

Cum de intentione Fundatoris sit pauperibus subvenire, ut Collegij Statuta demonstrant, & cum ad philosophandum semper oblitere divitiarum, præcipuè, quod non in pompa, seu apparatu Collegarum studium, sed in labore, & solertia consistat, statuimus, & ordinamus, ut nullus Collegarum, Capellanorum, seu familiarium, tam existentium, quam admittendorum in cubiculo, seu cameris peristrom-

peristromatibus, vel aulais parietes ornare valeat, nec aliquid quidquam ornatus causa suspendere: quod etiam in cortinis, seu pavimento lecti locum vendicat, taliter, quòd sola culcitra, vel panno lectum cooperiatur; si ianuarum velis uti voluerint, possint ex panno puniceo, quo Collegiales vestiuntur, antepuertas (ut ita dicam) facere mensa quaque in camera existentes aliqua supellectile, coopertas liberè liceat. Contra venientes verò ultra periuurij reatum, quem se noverint incurfuros, per mensem à portione mensæ priventur, crescente verò contumacia Rectoris arbitrio donec desistant, puniantur.

(a) Didacus de Espinosa, El Licenciado F. Hernandez de  
Rector. Zapata. Liedana.

Huarte. Francisco Tello de Diego de El Maestro  
Briceño. Aguilar. Trillo. Mur.

XIII. *Absens non nisi petita, & obtenta licentia ex Collegio vadat.*

Nullus Collega, vel Capellanus se absentet, nisi personaliter per seipsum, vel Collegam à Rectore, & Consiliarijs, vel maiori parte ipsorum licentiam petat, & obtineat, & quovisque concedatur, iter non arripiat: possit tamen interposito Collega, vel Capellano, & non alio licentiam petere, sed tunc prius ei constare debet, quòd licentia est petita, & obtenta, quàm iter arripiat sub pœna, quàm ponit Constitutio decima quinta, tertij tomi. Quàm pœnam incurrat etiam Rector, si prædicto modo licentiam non petierit, & obtinuerit à Consiliarijs, quorum Consiliariorum aliquo deficiente, vel si aliqua causa notoria ab eo peti non potuerit, ab vno ex duobus antiquioribus Collegis petatur, & obtineatur modo prædicto, aliàs autem nulla, inanis, & irrita sit licentia, & dies quo se absentat Collega, manu Rectoris scribatur: dies verò, quo redit, manu redeuntis, quæ paulò inferius Rector subscribat.

XIV. *Vota secretè dentur.*

Circa approbandas informationes prætendentium esse Collegas, Capellanos, vel familiares, & circa alia tangentia personas in Collegio existentes semper suffragium præstent omnes secretè per schedulas, & cui suffragium dederit, nullus revelet, antequam omnes

(a) Qui postea Praes supremi Consilij Card. & Episcop. Seguntin. effectus fuit, atque inquisitor Generalis. Obijt die 5. mensis Septembris, an. 1571 hora 11. ante meridiem.



omnes suffragium in miserint, si quis ante id revelaverit, pœna unius aurei, vel Rector aliter suffragia permiserit, pœna decem aureorum teneatur, pro qualibet vice, operibus domus vtraque applicanda.

*XV. Tempus absentia familiarium.*

Nullus familiaris se absenter, nisi per duos menses continuos, vel interpolatos, quolibet anno, petita, & obtenta licentia à Rectore: ex causa verò vigente prolixius tempus concedatur de consensu maioris partis Capellæ, non aliàs.

¶ Hodie autem si absentia ex iuxta causa sit prorogata, & familiaris intra tempus prorogatum ad Collegium non redeat, tunc ipsos facti sunt exclusi absque aliqua declaratione per Collegium facienda, ut constat ex determinatione Collegij, die 24. Febr. anno 1574. ut habetur in libr. determinationum Collegij, pag. 55. Hoc casu videnda est alia determinatio facta 25. die Februarii. ann. 1574. ubi per omnes fuit iurata, pag. 55.

*XVI. Officiales Collegij qualiter sint repellendi, vel recipiendi.*

Rector solus interiores, vel exteriores domus officiales, vel aliquem ex eis post hac, nec suscipiat, nec expellat, nisi de consilio consiliariorum, & duorum antiquiorum. Et semper quoties aliqua persona recipienda erit, quæ patrimonium, & bona Collegij, & tractare, vel recipere debeat; Rector intra tres dies ab eo fideiussores idoneos extorqueat, sub pœna damni Collegio, & Collegis obvenientis ob id, quod prædictam fideiussionem non acceperit.

<i>El Lic. Don Juan Pacheco, Rector.</i>	<i>El Lic. Tello de Aguilar.</i>	<i>El Maestro Estevan de Mur.</i>
<i>El Lic. D. Sebastian de Ribera.</i>	<i>El Licenciad. Valentia.</i>	<i>El Lic. P. Ramirez.</i>
<i>M. Juan Alonso.</i>	<i>El Lic. Andrés Lopez.</i>	<i>Bartolomé Cabrio.</i>

**XVII.**

*XVII. Qua pœna puniantur oppositores se ad alia Collegia.*

Statuimus præterea, & ordinamus in posterum, quod si aliquis Collega, vel Capellanus, vel familiaris in Collegio demorantium aliquando ad aliud Collegium se opposuerit, vel Collegio dimisso publicè, vel occultè quavis causa commotus habitum Collegij ignominiosè dimiserit, pro tam gravi iniuria Collegio illata, & manifesta ingratitude pœnam expulsionis à Collegio ipso facto incurrat, & Rector de consilio Capellæ illum expellat contumeliosè per ianua falsam coram omnibus media luce, & pro quolibet anno, quo in Collegio habitaverit quovis istorum casuum solvat ratione interesse triginta millia teruntiorum, & ulterius nomine pœnæ centum millia teruntiorum applicandorum operibus Collegij. Factum est anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, decimaquarta die Martij.

<i>El Lic. Tello de Aguilar, Vicerrector.</i>	<i>El Lic. Alonso Muñoz.</i>	<i>El Lic. Alonso de Valencia.</i>
---	------------------------------	------------------------------------

<i>El Lic. Pedro Ramirez.</i>	<i>El Maestro de Solorzano.</i>	<i>El Maestro Juan Alonso.</i>
-------------------------------	---------------------------------	--------------------------------

<i>El Lic. Antonio Lopez.</i>	<i>Bartolomé Cabrio.</i>
-------------------------------	--------------------------

Salmantica anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, die decimasexta Februarij, Rector, & Collegæ, videlicet Licentiatus Alfonsus Muñozius Rector, Licentiatus dominus Ioannes Pacheco, Licentiatus Tello de Aguilar, Magister Mur, Licentiatus dominus Sebastianus de Ribera, Licentiatus Valentia, Petrus Ramirez, Magister Solorzans, Magister Ioannes Alfonsus in Collegij Capella sono campanellæ, secundum morem vocati, sequentia statuta ordinaverunt, & iurarunt sibi, & alijs in posterum observanda.

*XVIII. Nullus sine Rectoris licentia edificet, & ea, quæ in cubiculo fuerint posita, non extrahantur.*

V.

Statui-



Statuimus, & ordinamus, vt nullus Collega modo in Collegio habitantium, vel posthac futurorum in camera aliquod opus facere præsumat, sine expressa super hoc Rectoris licencia. Et si aliquis fenestræ minori apposuerit vitreum, vel maiorem linteum, vel tabulatum aliquod contrui iusserit, etiamsi voluntarium necdum necessarium: nullo modo in aliam cameram Collegij sibi optatam transferre permittimus, nec extra Collegium alicui donate, vel pretio alienare valeat. Quod si quis contrafecerit proprijs Collegæ expensis aliud opus simile in alterius locum Rector ædificare præcipiat, & careat portione mensæ per decem dies. Si tamen in camera, in quam habitaturus ingreditur invenerit vitreum, linteum, vel tabulatum vt cameræ sint decenti supellectile ornatae proprijs expensis damnum resarciens reficere teneatur: in quo propriam Rectoris conscientiam oneramus, vt in Collegæ accessu, & recessu per se, vel per fide dignum Collegam prædictam cameram invisere teneatur, sub pœna privationis mensæ per decem dies, in quam in foro conscientia incurrat, si negligens fuerit, circa supra dicta.

*XIX. Collega moriens ad quid teneatur.*

Statuimus præterea, & ordinamus, quod si aliquis Collega & vita decedat condito testamento, teneatur aliquid nomine legati, vel fideicommissi relinquere Collegio, etsi ab intestato decesserit, vel condito testamento, nulla tamen, facta mentione de nostro Collegio, ex bonis ipsius censeatur relictæ decem aurei ducati: in cuius rei aliqualem satisfactionem, & quia volumus, vt Collegæ sint grati, & maxima charitate in finem se diligant, teneantur omnes congregati in Capella die sequenti postquam certi fuerint in Collegæ obitu recitare integrum defunctorum officium (a) vt Dominus fratris nostri misereatur, & statim sequenti die audire Missam defunctorum, quæ proprijs Collegij expensis celebrabitur: quam Missam audire teneantur, propter Missam, & recitationem officij quotidiani, nam hoc per Constitutionem exolvere debemus, sub pœna privationis mensæ per octo dies, quam pœnam sibi, & alijs imponere teneatur Rector in foro conscientia.

*XX. De electione æconomi, & de eius officio.*

Statuimus præterea, & ordinamus in futurum, quod Rector elec-

(a) Officium  
fiat pro Col-  
legio defun-  
ctis.

electus, & Consiliarij eligant æconomum, vt præcipit Constitutio secunda, 4. tomi, qui realiter exerceat suum officium, provt eadem Constitutio disponit. Teneatur etiam in se recipere omnes redditus, proventus, & debita Collegij petere, & hoc idem scribatur in libro, qui est in arca Collegij, & anno finito reddat rationem accepti, & expensi, provt ordinat Constitutio 2. 4. tomi, & 15. 5. tomi. Quod si negligentes fuerint Rector, & Consiliari in electione æconomi, & aliquis illorum ei contradixerit, aut acceperit aliquas pecunias domus, & intra diem non reddiderit iuxta Constitutionem 16. 5. tomi ultra pœnam in Constitutione contentam incurrant omnes, & quilibet eorum per se ipso iure pœnam viginti aureorum, quos teneantur præstare domui in foro conscientia.

*XXI. Quod empta scribantur à dispensatore, & recipiente.*

Item statuimus, & ordinamus, quod æconomus non emat vinum, nec carbonem, nec ligna in utilitatem domus, nisi dispensator minor, qui scribat in libro sumptus ordinarij vinum, carbonem, & ligna, quæ emerit, & in eodem libro subscribat apothecarius vini amphoras, quas receperit, & similiter coquus carbonis, lignorum pondera subscribat. Quod si dispensator minor non attulerit summam vini, carbonis, aut lignorum subscriptam ab apothecario, vel coquo, vt dictum est, dispensator maior non accipiet, nec suo nomine signabit talem summam: si verò oppositum fecerit, proprijs eius sumptibus emptum sit, nec admittatur in computatione.

*XXII. Optans informationem à Capella approbetur, & de salario.*

Item statuimus, & ordinamus, quod postquam aliquis Collega secundum suam antiquitatem optaverit iter aliquod ad examinandum genus oppositoris alicuius, vel ad negotium aliquod Collegio conveniens nullatenus possit iterfacere, nisi prius fuerit à Capella approbatus: quod si is, qui optavit, non fuerit probatus, eligat inferior antiquitatem, qui à Capella probeatur. Si verò nullus inventus fuerit, qui optet, Capella eligat magis idoneum, qui sine tergiversatione aliqua iter accipiat sub pœna privationis mensæ per



per sex menses. Et si iter aliquod factum fuerit sine ordine supra dicto, sumptibus Rectoris factum sit: & quod factum est, nullius roboris, & momenti sit, & eodem tenore statuimus, vt sic electo, & approbato singulis diebus tribuantur novem argentei, (b) quos erogat in sumptus proprios, & eisdem iumenta conducatur, quod si iuramento adstrictus iuraverit minus expendisse, Collegio reddere teneatur. Et quia Collegæ, qui suscipiant generis examen recipiendorum terunt proprias vestes in aliorum vtilitatem, expensis recipiendorum tribuantur illis tres aurei, si verò negotium susceptum fuerit in vtilitatem domus gratuito id faciant, & nihil illis tribuatur; quia hæc & multo maiora domui debent, à qua tot beneficia acceperunt.

(b) ¶ Postea hoc fuit alteratum, vt pro quolibet die daretur ducatum, & dimidium (vt constat ex determinatione Collegij facta 8. die Augusti 1577. Rectore Francisco Gil de Nava, in sacra Theologia Magistro, necnon Cathedram Philosophiæ Moralis Regente, & Consiliarijs Lic. Pedro de Villares, & Lic. Antonio Siluente de Cardenas, meritis postea Consiliarijs Granatensibus) vt constat ex libro determinationis Collegij, pag. 86. Fuit deinde alteratum ad decem & octo argenteos, die 14. mensis Martij, an. 1579. pag. 106. Novissime tamen fuit extensum ad duos ducatos aureos pro quolibet die consumpto in aliqua oppositoris informatione, dummodo teneatur duos fanulos equitantes præcisè secum deferre, & non alias: præcipue cum hoc sit factum in honorem Collegij, & Collegæ, vt cum maiori honestate vadat: iniquum enim esset, vt id quod ad honorem conceditur, assumeretur ad lucrum. In negotijs verò Collegij occupatus decem & octo argenteos habeat, vt constat ex determinatione Collegij facta 25. die Decembris, anno 1584. pag. 191. in eodem libro, in cæteris autem hoc statutum remanet in suo robore duraturum, ab illis temporibus vsque ad præsentem annum 1662. paulatim actum est per diuersa Collegij decreta, donec ad quatuor ducatos argenteos pervenit, qui pro quolibet die occupationis præstantur.

### XXIII. Oeconomus quid faciat.

Item statuimus, & ordinamus, quod oconomus emi iubeat sevum in anni totius vtilitatem necessarium, quod velario tradatur, à quo recipiat chirographum propria manu signatum, vt clarius constare possit, quot pondera acceperit, & consumpserit.

### XXIV. Quod hora à cenæ, sicut hora prandij

clausura servetur. Item statuimus, & ordinamus, vt verno tempore hora cenæ fores Collegij sint clausæ per vnius horæ spatiū, ne aliquis per illas egre-

egredi valeat, quia iustum est, vt hora cenæ sicut prandij clausura servetur.

El Lic. Alonso Muñoz, Rector.

El Lic. Tello de Aguilar.

El M. Estevan de Mur.

El Lic. Don Juan Pacheco.

El Licenciado Valencia.

El Lic. Pedro Ramirez.

El Lic. D. Sebastian de Ribera.

El Maestro Gonçalo de Solorçano.

El Maest. Iuan Alfonso.

### XXV. Capellani quo tempore gaudent prærogativa antiquitatis.

Statuimus, & ordinamus, quod licet cautum, & decusum sit Capellanos huius sacrosancti Collegij primum annum, & dimidium tantum novitios esse debere in Collegio, post annum verò, & dimidium antiquos habendos. Hoc antiquitatis beneficium non intelligatur concessum quoad vt Collegas, qui ante ipsos Capellanos in Collegio prius electi, & recepti fuerint, possint in consocios vocare, vt bini extra Collegium ambulent. Quinimo ipsi Capellani etiam anno, & dimidio elapso possint ab antiquioribus Collegialibus vocari ad eundem extra Collegium per urbem. Idemque intelligendum statuimus in omnibus alijs cæremonijs, & observationibus, quæ de more huius sacrosanctæ domus solent, vel debent observari, præterquam in illius duntaxat, in quibus prærogativa illis concessa est expressè, & specialiter Collegij Constitutionibus. In quorum omnium confirmationem Licent. Alfonso Nuñez de Bohorques Rector, Doctor Alverus, Lic. Antolinez, Lic. Dominus Petrus Hurtado de Mendoza, Lic. Petrus Nuñez. Costa omnia dicta solemniter iuraverunt se observaturos, facturosque ab alijs observari, & in huius fidem proprijs nominibus signaverunt. Factum hoc est in Collegij Capella Collegialibus sono campanellæ prius convocatis secundum Collegij morem, die

X

duo-

*Adde tamen, quod ex determinatione Collegij Capellanus non potest esse præsens in examine alicuius oppositoris ex lib. determinationum 17. Octobr. anno 1579. crederet tamen quod si non essent aliqui examinatores adesse possent ad arguendum in defectum Collegiarum, & nõ alio modo.*



duodecima mensis Ianuarij, anni millesimi quingentesimi sexagesimi sexti.

El Lic. Alonso Nuñez de  
Bohorques, Rector.

El Doctor  
Alvero.

El Licenciado  
Antolinez.

El Lic. D. Pedro Hurtado  
de Mendoza.

El Lic. Pedro Nuñez  
de Acosta.

Salmanticæ anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, die verò decima quinta mensis Octobris Licent. Scipio Antolinez Rector, Doctor Alverus, Lic. Alfonsus Nuñez de Bohorques, Lic. Dominus Petrus de Mendoza, Licent. Petrus Nuñez Costa, Lic. Didacus Henriquez de Vega, Lic. Dominus Franciscus de Avila, Lic. Valladares, Doctor Lesaca, omnes Collegæ in Collegij Divi Iacobi Zebedæi Capella sono campanellæ, ut moris est, convocati sequentia statuerunt, & iuramento promiserunt, se observaturos, & pro virili facturos in posterum ab alijs etiam observari.

XXVI. Rector non potest optare aliquod negotium.

Principio statuimus, & ordinamus nullum Rectorem præsentem in Collegio, vel absentem optare posse factionem alicuius informationem, quæ de genere, & moribus oppositorum Collegij fieri solet, & debet: neque aliud Collegij negotium cuiuscumque sit momenti, in cuius expeditione ultra viduum possit à Collegio abesse, & quod à Collegis omnibus, vel à maiori parte nominari, neque elegi valeat ad prædicta, præterquam ad visitationem oppidi de Silleros, quod Collegium habet, nam hanc & optare, & ad eam elegi impune potest per tempus, quod necessitas exposcerit; si verò contra factum sit, ab ipso Rectore nullum sit ipso iure, neque illi vlla fides adhibeatur, & expensis proprijs Rectoris, non Collegij factum censeatur: & insuper viginti ducatis aureis Rector, & Collegiales Collegio applicandis mulctentur.

XXVII. De informationibus oppositorum nullibi dandis sub pena, & quando possint dari.

Rursus statuimus, & ordinamus, originale nullum informationis semel in arca forti, sive Archivo Collegij repositum, sive antequam reponatur alicui Collegæ præsentem, absente, vel recedenti, etiam

Neque ante optatam informationem iam Rector facere potest, ut statutum est à Collegio die 26. Octobris, anno 1632. Rectore D. Gregorio de Chaves, & Mendoza, ut patet ex libr. determinationum Collegij, pag. 375.

etiam instanter petenti nullo modo detur: exemplar verò, sive transcriptum ad petitionem ipsius partis non alterius ex prædicto originali desumi valeat, & dari ipsi parti. Dum tamen plusquam transcribatur, Rector, & Collegiales certi sint prædictam informationem approbatam fuisse in Capella, & in ea contentum esse ad honorem, & commodum petentis, neque quidquam esse, quod Collegio, vel parti petenti possit esse dedecori; contra facientes ducatis aureis mulctentur Collegio applicandis: ad quam penam in foro conscientiarum teneatur quilibet ipsorum.

XXVIII. Clavigerus cui debet clavem tradere, vel non.

Præterea statuimus, & ordinamus, quòd nullus Collega, vel Consiliarius, seu Capellanus præsens, vel abesse, desiderans ad quem custodia alicuius clavis arcæ fortis, sive Archivi pertineat, non tradat prædictam clavem Rectori etiam petenti, sed Collegæ in ipsius locum successuro, ad quem illo absente secundum Constitutiones Collegij illius clavis custodia pertineat: qui verò Rectori tradiderit, punitus sit viginti aureis numis in foro conscientiarum Collegio solvendis.

XXIX. Qualiter non datis habilibus eligatur Rector.

Postremo statuimus, & ordinamus, quòd si aliquando Constitutionibus Collegij tres non reperiantur habiles, tunc ex omnibus Collegialibus, dempro antiquo, Rectore, & Consiliarijs, eligantur tres, & super illos mittatur fors, & ille erit Rector, super quem de illis fors ceciderit: aliter verò facta Rectoris electio irrita sit, & nullius momenti ipso iure: in quorum omnium fidem Rector, & Collegiales prædicti se proprijs nominibus subscripserunt.

El Lic. Antolinez,  
Rector.

El Doctor  
Alvero.

El Lic. Alonso Nuñez de  
Bohorques.

El L. D. P. Hurtado  
de Mendoza.

El Lic. Pedro  
Nuñez Dacosta.

Juan Sarmiento de  
Valladares.

Diego Enriquez  
de Vega.

El Lic. D. Francis-  
co Davila.

El Doctor  
Lesaca.

Salmanticæ anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, die octava mensis Augusti Rector, & Collegæ, videlicet Lic. Augustinus Mendiola Rector, Lic. Didacus Enriquez, Lic.



Lic. Ioannes Sarmiento de Valladares, Doct. Ibañez, Lic. D. Franciscus de Cuacola, Lic. Petrus de Villares, Magister Franciscus Gil, Lic. Petrus de Castro, Lic. Antonius Siluente, Lic. Ioannes Corriero, Doctor Castro, in Collegij sacello sono campanellæ pro more vocati, sequens Statutum iuramento confirmatum sibi, & alijs in posterum observandum edixerunt.

XXX. *Clavigerus Archivi quid facere debeat.*

Statuimus, & ordinamus, quòd Collega semel aperiens propria clave Archivum teneatur claudere, antequam de cubiculo Rectoris rediturus, vel non rediturus discedat sub pœna privationis portionis Collegij vnius anni.

XXXI. *Quod absens possit votum suum alteri relinquere.*

Vt si cui posthac, vel ad propria, sive Collegij negotia procuranda abesse contigerit: ipse suffragium, cui libuerit de Collegio, possit relinquere, vel absens (a) mittere, dummodò id conficit chirographum propria eius manuscriptum, atque subscriptum, neque tamen libitum est, ut ad omnia, quæ à Domino Rectore decernenda proponuntur præsens Collega suffragio sibi relicto vtatur; sed tantum ad electiones Collegarum, Capellanorum, & familiarium, optiones quoque quoruncumque itinerum, & optionum Cathedralium, & Præbendarum extra Collegium, eidem verò plura suffragia relinquere concedimus, dummodò vnusquisque vno tamen ex relictis suffragetur, reliqua verò, quibus libuerit, poterit impertiri, si substituendi clausula apposta sit, in chirographo sibi relicto. Quod si Collega in propriam, vel Collegij utilitatem discedens suffragium nemini reliquerit, Collegium illum certiore facere non teneatur.

El Lic. Agustín de El Lic. Diego El Doct. Juan El Lic. D. Francisco  
Mendiola, Rector. Enriquez de Vega. Ibañez. de Cuacola.

El Lic. Pedro de El Maestro Francisco El Lic. Juan El Lic. Antonio  
Villares. Gil de Nava. de Corriero. Siluente.

(a) Hodie autem commissio ferendi suffragium per absentem non extenditur ultra quadrimestre singulis annis ex quacumque causa sit absentia, sive sit continuae ex declaratione capelle, Decis. 22. die Augusti an. 1577. qua reperitur in libro determinationum Collegij.

SEQUI-

# SEQUITUR BULLA APOSTOLICA

QUÆ A PRACTICIS PROCESSUM FULMINATUM appellatur, qua collegium poterit eligere quoscumque Iudices executores Bullæ Collegij vigore clausulæ (CÆTERVM) absque eo quod teneatur præcisè collegium comparere, aut litigare coram iudicibus designatis in eadem Bulla executoria, quæ inserta est in Bulla gratiossa collegij, quam impetravit Lic. Dominus Antonius Ramirez de Mendoza, eiusdem collegij collega propter difficultatem, & laborem, & ex pensas, quæ sequerentur, si collegium adiret coram præfatis iudicibus in Bulla gratiosa contentis ad litigandum: qui scilicet sunt Archiepiscopus Toletanus, & Episcopus Segoviensis, & Oxomensis.



IERONYMVS Mathæus Protonotarius Apostolicus, iuris vtriusque Doctor, causarum Camera Apostolicæ generalis auditor, & archivi Romanæ curiæ Corrector, eiusdemque Romanæ curiæ Iudex ordinarius, ac quarumcunque litterarum apostolicarum, necnon sententiarum, & censurarum in Romanæ curiæ extra eam litarum vniuersalis, & merus executor per sanctissimum Dominum nostrum Papam, & sanctam Sedem Apostolicam specialiter deputatus, necnon iudex, & executor ad infra scripta etiam specialiter assumptus, VNIVERSIS, singulis Reuerendis, ac Reuerendis in Christo Patribus, & Dominis Dominis Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, eorumque, & cuiuslibet ipsorum in spiritualibus, & temporalibus Vicarijs, seu officialibus generalibus, ceterisque locorum ordinarijs, & Prælati, ac Abbatibus, Prioribus, & conventibus, necnon tan Collegiarum, quam Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Ecclesiarum, Capellanis, & Canonicis, ac & quibusvis dominis iudicibus, & iudicentibus tam secularibus, & laicis, quam Ecclesiasticis quavis authoritate, & potestate fungentibus, & functionibus, eorumque loca tenentibus, omnibusque alijs, & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse quosque infra scriptum tangit negocium, seu tangere poterit quomodo libet in futurum. Et denique vniuersis, & singulis alijs præsentibus, nostras litteras sive hoc præsens publicum processum instrumentum inspecturis, lecturis pariter, & audituris quibuscunque nominibus censeantur, aut quacumque præfulgeant dignitate salute in domino, & presentibus fidè adhibere indubiã, ac nostris huiusmodi imò verius apostolicis firmiter obedire mādatis litteras apostolicas felic. record. Adriani papæ VI. seu verius earum sumptum ex registro Bullarum secretariæ apostolicæ in titulo papyri albæ scriptum, & à Reuerendo Patre Domino Pirro Iaro Protonotario, & Secretario apostolico collationatum, & eius manu subscriptum, ac sigillo collegij Secretariorum Apostolicorum in cera rubea à tergo eiusdem rotuli filo albo circumligati impresso munitum, & alias debite more Romanæ curiæ expeditum tuis clausum, & pernos, seu per infra scriptum Notarium nostrum scilicet dicti filo apertum sanum siquidem & integrum, non vitiatum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte suspectum, sed omni protus vitio, & suspitione carens, ut in eis, seu eo prima facie apparebat, nobis pro parte insignis collegij dudum in civitate Salam. à bo. me. Didaco olim Episcopo Conch. fundati, & Reuerendorum, & nobilium, ac Magnificorum illius collegialium presentium in litteris Apostolicis, vel illarum sumpto huiusmodi principalliter nominatorum presentatas, seu presentatum, nos cum ea, qua decuit reverentia, recepimus huiusmodi sub tenore à tergo, siquidem dicti sumpti, seu illius rotuli in eius capite prope, & infra sigillum præfatum scripta erant hæc verba, videlicet Pro Reuerendo P. Dño Didaco Episcopo Conch. ex lib. primo diversorum Dñi Adriani Papæ VI. folio 73. Iustus verò sic in marginis, scilicet I. Hesius, & deinde hoc modo, &c. ADRIANUS Episcopus



Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sollicita considerationis indagine perferuntur quam preciosum sit sapientiae, & scientiae donum magno desiderio ducimur, ut litterarum studia, in quibus perfectionis exercitum divina cooperante gratia laudanda acquiruntur scientiae margarita, vbi libet incrementa suscipiant, ac fortius invaliscant. Et ut id feliciter subsequi possit, personarum nobis, & Apostolici favoris suffragium propensius impartimur. Sane pro parte venerabilis Fratris Didaci Episcopi Conches. nobis nuper exhibita Petitio continebat, quod ipse de propria salute cogitans, ac terrena in caelestia, & transitoria in aeterna felici commercio commutata cupiens, pro divini cultus, ac virorum eruditorum, ad quos singularem gerit affectum augmento, & fidei catholicae propagatione in civitate Salmantina: in qua insignis Universitas & Studium generale vigere dignoscitur: in loco ad hoc congruo, & commodo vnum collegium pro decenti scholarium numero, de quo sibi videbitur inibi litterarum sacrae Theologiae, Decretorum, & aliarum liberalium artium studio operam dare volentium, educando cum domo, cameris, & alijs necessarijs officinis de bonis tam Ecclesiasticis, quam alijs sibi à Deo collatis, fundare, ac construere, & erigi facere summopere desiderat, si sibi ad id Apostolicæ sedis autoritas suffragetur. Propter quod iam in ipsa Civitate domum vnam, in qua duodecim scholares expensis suis degunt, proprijs pecunijs emit. Quare pro parte ipsius Didaci Episcopi nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi in dicta Civitate vnum collegium pro decenti numero scholarium, ut praefertur, construi faciendi, ac fundandi, & erigendi licenciam concedere, ac alias in praemissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quod semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis, quorum interesse, laudabile dicti Didaci Episcopi propositum huiusmodi plurimum in Domino commendantes ipsum Didacum Episcopum, *Qui etiam Prælati domesticus, & continuus commensalis noster existit* à quibus bis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum duntaxat praesentium consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Huiusmodi supplicationibus inclinati, eidem Didaco Episcopo vnum collegium, seu vnam domum collegialem pro numero studijs educandorum, vlu, & habitatione cum cameris, & officinis, ac alijs necessarijs ædificijs, & collegialibus insignijs \* sine alicuius præiudicio construi, & ædificari faciendi, ac fundandi, & erigendi, necnon quoad vixerit, pro felici statu, regimine Magistrorum, Rectorum, Doctorum, & scholarium dicti erigendi collegij quæcumque tam per quos ipsum erigendum collegium regi, quam quales personæ, & in quibus facultatibus studentes inibi, recipi, & qui eos præsentare, seu recipere, & admittere, ac qui eiusdem collegij patroni esse, & quæ sic recepti, ac illius Magistri, Rectores, & Doctores pro tempore existentiae observare: necnon quæ emolumenta, & comoditate inibi habere debeant, & alia cuiusvis generis statuta, ordinationes, & constitutiones laudabilia, & honesta, ac sacris canonibus non contraria, faciendi, & edendi, ac facta, & edita, provt sibi vel per eum nominando, & deputando pro eorundem Magistrorum, Rectorum, Doctorum, & scholarium salubri, & laudabili directione visum fuerit expedire, mutandi, limitandi, interpretandi, quassandi, & alia de novo tempore, & personarum qualitatibus id exigentibus faciendi, illaque sub censuris, & poenis Ecclesiasticis, vel alijs perpetuis futuris temporalibus obserbari mandandi. Necnon omnibus, & singulis Magistris, Rectoribus, Doctoribus, & scholaribus in dicto collegio pro tempore commorantibus inibi legendi, studendi, & ad quoscunque gradus quorumcumque facultatum in ipso collegio per idoneos ab ipso Didaco Episcopo deputandos, promovendi, plenam, liberam, & omnimodam, autoritate Apostolica tenore praesentium, licenciam, & facultatem concedimus. Et insuper quum primum parochialem Ecclesiam de Villanueva de la Xara Conches. diocesis. per cessum etiam ex causa permutationis, aut alijs quovis modo etiam apud sedem Apostolicam vacare contigerit, ex nunc provt ex tunc, & è contra, medietatem omnium, & singulorum illius fructuum, reddituum, & proventuum, qui quingentorum ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem, valorem annum (ut dictus Didacus Episcopus asserit) non excedant, ab eadem Ecclesia separantes, & dismembrantes illam Collegio

collegio huiusmodi, postquam illius ædificia construi cepta, licet nondum completa fuerint: pro illius manutentione, & personarum eiusdem sustentatione, autoritate, & tenore praedictis perpetuo applicamus, & appropriamus. Ita quod liceat Rectori, & Scholaribus dicti collegij pro tempore existentiae per te, vel per alium, seu alio medietatem fructuum, reddituum, & proventuum huiusmodi propria autoritate liberè exigere, percipere, & levare, & in suos usus, & utilitatem convertere. Diocesiani loci, & cuiusvis alterius licenciam minimè requisita. Et insuper tam Magistris, Rectoribus, Doctoribus, & scholaribus praefatis, quam inibi pro tempore promotis: ut omnibus, & singulis privilegijs, indultis, libertatibus, iuribus, exemptionibus, immunitatibus, praerogativis, & honoribus, quibus alij in S. Bartholomæi dictæ civitatis Sanctæ Crucis, ac S. Gregorij oppidi Vallis Oleti Palentin. diocesis. ac quibusvis alijs collegijs, & Universitatibus, pro tempore degentes, & studentes, Magistri, Rectores, & Doctores, & scholares, & in illis ad quoscunque gradus quorumcumque facultatum promoti etiam apostolica, aut imperialis auctoritate iussu tventur, potantur, & gaudent, ac uti; potiri, & gaudere poterunt in genere, vel in specie, quomodolibet in futurum pariformiter, & absque vlla penitus differentia in omnibus, & per omnia vii, potiri, & gaudere: necnon ut ipsi Magistri, Doctores, & scholares, etiam clerici, & presbyteri leges, & iura civilia, ac physicam ad quinquenium duntaxat legere, docere, & audire (si eidem Didaco Episcopo videbitur) liberè, & licitè valeant, eisdem auctoritatè, & tenore perpetuo indulgemus. Quo circa venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Toletano, & Segoviensi, ac Oxoniensi Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes litteras, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quotiens parte Didaci Episcopi, ac Magistrorum, Rectorum, Doctorum, & scholarium praedictorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assilenti. faciant autoritate nostra concessionem, dismembracionem, separationem, applicationem, appropriationem, & indultum huiusmodi firmiter observari, ac singulos, quos praesentes concernunt, illis pacificè gaudere non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet inde vitè molestari contradicentes autoritate nostra appellatione post posita compescendo non obstantibus voluntate nostra praedicta, & quibusvis alijs Apostolicis, necnon in provinciis, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis specialibus, vel generalibus reservationibus etiam mentalibus, expectativis, & alijs gratijs, unionibus, annexionibus, & incorporationibus perpetuis, vel temporalibus, suppressionibus, alijs applicationibus absque consensu, & causa onerosa, accessibus, & regressibus, ac quoad iurorum deputationibus, nominationibus, facultatibus, litteris, mandatis, concessionibus, & indultis etiam cum provisionibus, etiam ex tunc, provt ex ea die, & è contra quibusvis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existenti, etiam familiaribus nostris continuis commensalibus, etiam antiquis & pro tempore descriptis, & alijs quacunque etiam Episcopali, Archiepiscopali, vel alia maiore etiam cardinalatus honore, seu ducali, regali, imperiali, aut alia maiore dignitate, auctoritate, & excellencia fungentibus, aut in eorum, seu Ecclesiarum, monasteriorum, mensarum, seu universitatum, etiam studiorum generalium favorem etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum principum contemplatione, & intuitu, aut remuneratione, laborum, & obsequiorum, etiam nobis, & dictæ sedi impensorum, aut in recompensam iurium cessorum, vel ablatorum, seu etiam ex quibusvis alijs etiam quantumcumque maximis excogitabilibus causis sub quibusvis formis, & verborum expressionibus, ac quibusvis antelationibus, suspensionibus, restitutionibus, declarationibus, & alijs efficacissimis, & insolitis clausulis etiam talibus, quod illa nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma in eis contentis suspendi possint, irritantibusque: ac quod illa ex tunc verè, & non fictè effectum sortita sint illis, quibus concessa sunt, ius in re quaesitum sit, illique beneficio regulæ de non tollendo ius quaesitum gaudere, ac gratia ipsa inter eos, & nos, & sedem eandem vim in iti contractus habere debeant per nos, & sedem eandem etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestatis plenitudine etiam consistorialiter in genere, vel nominatim in specie concessis, hactenus, & in posterum concedendis, quas, & quæ, eorumque omnium vim, & effectum, quo ad hoc omnino suspendimus



dimus, ac in vacatione Ecclesie huiusmodi effectum sortiri, aut locum sibi vindicare non posse, neque devere decernimus contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel divisim à dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs privilegijs, indulgentijs, & litteris apostolicis generalibus, vel specialibus quorum cumque tenoribus existant, per quos presentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus eorum impedire valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim dismembrationem, separationem, applicationem, & appropriationem huiusmodi sub quibusvis revocationibus, unionibus, & applicationibus per nos, aut sedem prædictam pro tempore factis, nisi de illis cum totali presentium insertione specialis, specifica, individua mentio facta fuerit, minimè comprehensas, nec revocatas esse, nec illis per quascunque concessiones, seu constitutiones, vllatenus derogatum censei sed temper ab huiusmodi revocationibus, & derogationibus exceptas existere, & intactas, ac in suo pleno robore perpetuo permanere. Necnon ex nunc irritum decernimus, & innane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ abolitionis, concessionis, separationis, dismembrationis, applicationis, appropriationis, indulti, mandati, suspensionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo tertio, septimo Kalendas Maij, pontificatus nostri anno primo VV. de Enhemourt Fr. Branchonius sumptum ex registro Bularum Secretariæ Apostolicæ collationatam P. Iarus-  
**POST QUARUM QUIDEM** præinsertarum litterarum apostolicarum, seu illarum sumpti huiusmodi præsentationem, & receptionem nobis, & per nos, ut præmittitur factas fuimus pro parte supradictorum collegij, & dominorum illius collegialium principalium debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem, seu assistentiam ipsarum litterarum apostolicarum, & contentorum in eisdem procedere dignaremur iuxta illarum formam. Nos igitur Hieronymus Mattheus Prothonotarius, auditor, iudex, & executor præfatus attendens requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, volentesque litteras apostolicas reverenter exequi, & eis assistere, ut tenemur, idcirco auctoritate apostolica nobis concessa, & qua fungimur in hac parte, præfatas litteras apostolicas, huncque nostrum processum, ac omnia, & singula in eis contenta vobis omnibus, & singulis supradictis communiter, vel divisim intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum noticiam deducimus, & deduci volumus per præfatos, vosque nihilominus supradictos, quibus processus noster huiusmodi dirigitur, & vestrum quemlibet insolidum tenore presentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie communiter, vel divisim, ac vobis, & vestrum cuiilibet insolidum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infra scriptis sententiarum pœnis districtè præcipiendo mandamus, qua infra sex dierum spatium post præsentationem, seu notificationem presentium, & requisitionem vobis, seu alteri vestrum factas, & postquam pro parte supradictorum collegij, & dominorum illius collegialium principalium vigore presentium super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus immediatè sequens, quorum sex dierum duos, pro primo duos, pro secundo, & reliquos duos dies vobis univrsis, & singulis supra dictis pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus eisdem collegio, & collegialibus, necnon Magistris, Rectoribus, Doctoribus, & scholaribus supra dictis divo, quibus in præinsertis litteris apostolicis sit mentio, ac cuiilibet ipsorum in præmissis omnibus, & singulis in eisdem præinsertis litteris apostolicis contentis efficacis defensionis præsidio assistentes faciatis, & quilibet vestrum faciat auctoritate nostra, imò verius apostolica, concessionem, dismembrationem, separationem, applicationem, appropriationem, & indultum huiusmodi, aliisque omnia, & singula in præinsertis litteris apostolicis contenta prædicta ab omnibus, & singulis, ad quos id quomodolibet spectat, & in futurum pro tempore spectabit firmiter observari, ac collegium, & illius collegiales, necnon Magistros, Rectores, Doctores, & scholares præfatos, aliosque omnes,

omnes, & singulos, quos præinsertæ litteræ Apostolicæ quomodolibet concernunt, & in futurum pro tempore concernent illis pacificè, & quiete uti, frui potiri, & gaudere. Neque permittatis eos per quoscunque desuper quomodolibet indebitè molestari, inquietari, impediri, vel perturbari, neque etiam vos vllatenus molestetis, inquietetis, impediat, vel perturbet contraditores quoslibet, & rebelles eadem auctoritate nostra, imò verius Apostolica appellationibus postposita compescendo invocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij Secularis, provt etiam ex nunc illud harum serie invocamus. **QVOD SI FORTE** præmissa omnia, & singula, provt ad vos, & vestrum quemlibet mandatur, non adimpleveritis, seu distuleritis contumaciter adimplere, mandatisque, & monitionibus nostris huiusmodi imò verius Apostolicis non parveritis realiter, & cum effectu. Nos in vos omnes, & singulos supradictos, qui culpabiles fueritis in præmissis, & generaliter in contraditores quoslibet, & rebelles, ac impediens ipsos Collegium, & illius Collegiales principales, vel eorum Procuratorem, eorum nomine præmissis in aliquo, aut ipsos impediens dantes auxilium, consilium, vel favorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quovis quæsito colore, vel ingenio cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existant, ex nunc provt ex tunc, & è contra prædicta sex dierum Canonica monitione præmissa excommunicationis, in capitula verò Conventus, & Collegia quæcumque in his fortan delinquent, suspension. à divinis, & in ipsorum delinquentium, & rebellium Ecclesias, Monasteria, & Capellas interdicti Ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus vobis verò Reverendis Patribus Dominis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis præfatis, duntaxat exceptis quibus ob reverentiam vestrarum Pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, si contra præmissa feceritis, seu fieri mandaveritis per vos, vel submissas personas publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quovis quæsito colore, vel ingenio, ex nunc, provt ex tunc, & è contra prædicta sex dierum Canonica monitione præmissa ingressum Ecclesiæ interdicimus in his scriptis, si verò huiusmodi interdictum per alios sex dies immediatè sequens, sustinueritis vos in eisdem scriptis simili Canonica monitione præmissa suspendimus à divinis, verum si præfatas interdicti, & suspensionis sententias per alios sex dies præfatos duodecim immediatè sequens animo, quod absit, sustinueritis indurato vos ex nunc, provt ex tunc, & è contra prædicta sex dierum Canonica monitione præmissa, excommunicationis sententia auctoritate Apostolica supra dicta tenore presentium innodamus. **CÆTERVM** cum ad executionem præmissorum ulterius faciendam nequeamus, quoad præfatis personaliter interesse pluribus alijs arduis in Romana Curia legitime præpediri negotijs univrsis, & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, cæterisque viris Ecclesiasticis in quibuscumque dignitatibus, gradibus, vel officijs constitutis, Notarijsque, & Tabellionibus publicis quibuscumque per quascunque Civitatis, & Diocesis, ac alijs vbiilibet constitutis, & eorum cuiilibet insolidum super ulteriori executione dictarum litterarum Apostolicarum, & mandati nostri huiusmodi faciendæ auctoritate Apostolica supradicta tenore presentium plenariè committimus vices nostras, donec eas ad nos specialiter, & expressè duxerimus revocandas, quos Nos, & eorum quemlibet eisdem auctoritate, & tenore requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie communiter, vel divisim, ac eis, & eorum cuiilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in eos, & eorum quemlibet eisdem auctoritate, & tenore, nisi fecerint, quæ eis in hac parte committimus, & mandamus, ferimus in his scriptis districtè præcipiendo mandantes, quatenus infra sex dies post præsentationem, seu notificationem presentium, & requisitionem eis, seu alter eorum pro parte dictorum Collegij, & illius Collegialium principalium desuper factas immediatè sequentes, quos dies ipsis & eorum cuiilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac monitione Canonica assignamus, ita tamen quod in his exequentis alter eorum alterum non expectet, nec vnus pro alio, seu per alium, vel alios quovis modo se excuset. Ad vos omnes, & singulos supradictos, quibus processus noster huiusmodi dirigitur, personasque, & loca alia, de quibus vbi, quando, & quoties opus expediens fuerit, personaliter accedant, siue accedat, & prædictas litteras Apostolicas, huncque nostrum processum, ac in eis contenta vobis omnibus, & singulis supradictis communiter, vel divisim legant, intiment, insinuent, & fide-



commodo vnum Collegium pro decenti scholarium numero, de quo sibi videbitur inhiberi litterarum sacrae Theologiae, Decretorum, & aliarum liberalium artium studio operam dare volentium, educando cum domo, cameris, & alijs necessarijs officinis de bonis, tam Ecclesiasticis, quam alijs sibi à Deo collatis fundare, ac construere, & erigi facere summoperè desiderat, si sibi ad id Apostolicae Sedis auctoritas suffragetur. Propter quod iam in ipsa Civitate domum vnam, in qua duodecim scholares expensis suis degunt, proprijs pecunijs emit. Quare pro parte ipsius Didaci Episcopi nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi in dicta Civitate vnum Collegium pro decenti numero scholarium, ut praefertur, construi faciendi, ac fundandi, & erigendi licentiam concedere, ac alijs in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quòd semper in vniõibus commissio fieret ad partes vocatis, quorum interesset, laudabile dicti Didaci Episcopi propositum huiusmodi plurimum in Domino commendantes ipsum Didacum Episcopum, qui etiam Praelatus domesticus, & continuus commensalis noster existit: à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodatus existit, ad effectum duntaxat praesentium consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes: huiusmodi supplicationibus inclinati, eidem Didaco Episcopo vnum Collegium, seu vnam domum Collegialem pro numero scholarium viginti, aut quotquot sibi videbitur ibidem commoratorum, & in litterarum studijs educandorum, vsu, & habitatione cum cameris, & officinis, ac alijs necessarijs aedificijs, & Collegialibus insignijs sine alicuius prauidicio construi, & aedificari faciendi, ac fundandi, & erigendi: nec non quoad vixerit, pro felici statu, regimine Magistrorum, Rectorum, Doctorum, & Scholarium dicti erigendi Collegij, quacumque, tam per quos ipsum erigendum Collegium regi, quam quales personae, & in quibus facultatibus studentes inhiberi recipi, & qui eos praesentare, seu recipere, & admittere, ac qui eiusdem Collegij Patroni (a) esse, & quae sic recepti, (b) ac illius Magistri, Rectores, & Doctores pro tempore existent. observare: necnon quae emolumenta, & commoditates inhiberi habere debeant, & alia cuiusvis generis statuta, ordinationes, & constitutiones (c) laudabiles, & honesta, ac sacris canonibus non contraria, faciendi, & edendi, ac facta, & edita, prout sibi, vel per eum nominando, (d) & deputando pro eorundem Magistrorum;

## NOTA.

(a) Facultas Episcopo cõcessa creandi Patronos.

(b) Et quot praesentabit, vide cap. 2. tom. 2.

(c) Facultas faciendi statuta, & constitutiones.

(d) Facultas nominandi perpetuum administratorem, & visitatorem fuit Antonius Ramirez Episcopus Segoviensis.

trorum, Rectorum, Doctorum, & Scholarium salubri, & laudabili directione visum fuerit, expedire, mutandi, limitandi, interpretandi, quassandi, & alia de novo tempore, & personarum qualitatibus id exigentibus faciendi, illaque sub censuris, & pœnis ecclesiasticis, vel alijs perpetuis futuris temporibus observari mandandi. Necnon omnibus, & singulis Magistris, Rectoribus, Doctoribus, & Scholaribus in dicto Collegio pro tempore commorantibus inhiberi legendi, studendi, & ad quoscumque gradus quarumcumque facultatum in ipso Collegio per idoneos ab ipso Didaco Episcopo deputando, promovendi, plenam, liberam, & omnimodam, auctoritate Apostolica tenore praesentium, licentiam, & facultatem concedimus. Et insuper quam primum Parochialem Ecclesiam de Villa-Nueva de la Xara Conchens. Dioces. per cessum etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu quavis aliam dimissionem, vel amissionem illam nunc obtinentis, aut alias quovis modo etiam apud Sedem Apostolicam vacare contigerit, ex nunc, prout ex tunc, & è contra, medietatem omnium, & singulorum illius fructuum, reddituum, & proventuum, qui quingentorum ducatorum auri de camera secundum communem estimationem valorem annuum (ut dictus Didacus Episcopus asserit) non excedunt, ab eadem Ecclesia separantes, & dismembrantes, illam Collegio huiusmodi, post quam illius aedificia construi coepta, licet nondum completa fuerint: pro illius manutentione, & personarum eiusdem sustentatione, auctoritate, & tenore praedictis perpetuò applicamus, & appropriamus. Ita quòd liceat Rectori, & Scholaribus dicti Collegij pro tempore existentibus per te, vel per alium, seu alios medietatem fructuum, reddituum, & proventuum huiusmodi propria auctoritate liberè exigere, percipere, & levare, & in suos vsus, & utilitatem convertere. Diocesani loci, & cuiusvis alterius licentia minimè requisita. Et insuper, tam Magistris, Rectoribus, Doctoribus, & Scholaribus praefatis, quam inhiberi pro tempore promotis: ut omnibus, & singulis privilegijs, indultis, libertatibus, exemptionibus, immunitatibus, praerogativis, & honoribus, quibus alij in S. Bartholomaei dicti Civitatis S. Crucis, ac S. Gregori joppidi Vallis-Aleti, Palentin. Dioces. ac quibusvis alijs Collegijs, & Universitatibus, pro tempore degentes, & studentes, Magistri, Rectores, Doctores, & Scholares, & in illis ad quoscumque gradus quarumcumque facultatum promoti etiam Apostolica, aut imperiali auctoritate suffulti utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt in genere, vel in specie, quomodolibet in futurum pariformiter, & absq; ulla penitus differentia in omnibus, & per omnia uti, potiri, & gaudere: necnon ut ipsi Magistri, Doctores, & Scholares,

Provt deputatos reliquit ex Constitut. 13. tom. 3. Vbi Rector cum tribus examinatorebus Collegial. per Rectorè deputatis, examen faciat, & gradum conferat.

deliter publicare procurent eisdem Collegio, & Collegialibus, necnon Magistris, Rectoribus Doctoribus, & Scholaribus supradictis, de quibus præsertim litteris Apostolicis sit mentio, ac cuilibet ipsorum in præmissis omnibus, & singulis in eisdem præsertim litteris Apostolicis contentis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant, & quilibet eorum faciat autoritate nostra, imò verius Apostolica concessione, dismembrationem, separationem, applicationem, approbationem, & indultum huiusmodi, aliaque omnia, & singula in præsertim litteris Apostolicis contenta præfata ab omnibus, & singulis, ad quos id quomodolibet spectat, & in futurum pro tempore spectabit firmiter observari, ac Collegium, & illius Collegiales, necnon Magistros, Rectores, Doctores, & Scholares præfatos, aliosque omnes, & singulos, quos præsertim litteræ Apostolicæ quomodolibet concernunt, & in futurum pro tempore concernent illis pacificè, & quietè, uti, frui, potiri, & gaudere. Neque permittant eos per quoscumque desuper quomodolibet indebitè molestari, perturbari, inquietari, vel impediri, neque illi ullatenus molestant, inquietent, impediunt, vel perturbent, aut aliquis eorum molestet, inquietet, impediatur, vel perturbet contradictores quoslibet, & rebelles eadem autoritate nostra, imò verius Apostolica appellatione postposita compescendo, invocando ad hoc, etiam si opus fuerit, auxilio brachij secularis, prout etiam ex nunc illud harum seriè invocamus, ET GENERALITER omnia alia, & singula exequantur iuxta earundem præsertim litterarum Apostolicarum, & præsertim nostri processus vim, formam, continentiam, & tenorem. Ita tamen quod dicti Subdelegati nostri, vel quicumque alius, seu alij nihil in præiudicium dictorum Collegij, & illius Collegialium principalium, vel eorum Procuratoris valeant autoritate quomodolibet in præmissis, nec in processibus per nos habitis, aut sententijs per nos latis absolvent, & suspendentem aliquid immutare, in cæteris autem, quæ eisdem Collegio, & illius Collegialibus principalibus, vel eorum Procuratori in præmissis nocere possent, seu quomodolibet obesse præfatis subdelegatis nostris, & quibusvis alijs potestatem omnimodam denegamus, & si contingat nos super præmissis in aliquo procedere, de quo nobis potestatem omnimodam reservamus, non intendimus propterea commissionem nostram huiusmodi in aliquo revocare, nisi de revocatione ipsa specialem, & expressam fecerimus mentionem, præfatas quoque litteras Apostolicas, huncque nostrum processum, ac omnia, & singula huiusmodi negotium tangentia volumus penes dictos dominos Collegialiam, & illius Collegiales principales, vel eorum Procuratorem remanere, & non per vos, aut aliquem vestrum, seu quicumque alium ipsius in vitis, seu contra eorum voluntatem quomodolibet detineri, contrarium verò facientes præfatis nostris sententijs, prout volumus subiacere, in his scriptis per nos datè sunt dicta monitionis præmissa ipso facto. Mandamus tamen copiam fieri de præmissis eam petentibus, & habere debentibus, petentium siquidem sumptibus, & expensis, absolutionem verò omnium, & singulorum qui præfatas nostras sententias, seu earum aliquam incurrerint, sive incurrerit quoquomodo nobis, vel superiori nostro tantummodo reservemus. IN QUORVM omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentis litteras, sive hoc præfens publicum processus instrumentum exinde fieri, & per Notarium publicum Curie nostræ scribam infra scriptum subscribi, & publicari mandavimus, sigillique dictæ nostræ Curie, quo in talibus utimur, iussimus, & fecimus appensione muniti. Dat. & actum Romæ in aedibus nostræ solitæ residentie, sub Anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo primo, inductione nona, die verò decima nona mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Gregorij, divina providentia Papæ XIII. Anno decimo, præsentibus ibidem Dominis Pompeo Antonio, & Pompeo etiam Valerio Curie nostræ Notarijs testibus ad præmissa vocatis specialiter, atque rogatis.

Franciscus Bacollettus, Curia causarum Camera  
Apostolicæ Notarius, subscripsit.

Dionysius Ratta,  
locum tenens.

SEPTI-

# SEPTIMUS, ET VLTIMUS

TOMUS.



**D**E O hic septimus Tomus introductus est, præsertim cum in eo compleantur ferè omnes dispositiones, & alia tangentia, ac spectantia ad utilitatem, & bonum Collegij, ponendo Statuta antiqua, & nonnulla noviora, necnon alia notabilia ad prædictum Collegium concernentia. Præcipuè cum hunc istum numerum septenariam, Philosophi, (a) Poetæque (b)

Doctores, (c) & alij se satis laudasse minimè crediderint, atque ob huius considerationem hoc loco istum tomum constituimus.

(a) Macro-  
brius de somno  
Scipi. lib. i. c. 6  
(b) Virg. d. ter-  
que quaterque  
beati.

(c) Glossa fin.  
cap. fin. de ce-  
lebrat. Missa-  
rum.

Rex Alfon-  
sus in proemio  
partitarum.

**S**almanicæ Anno Domini nostri 1585. Rector, atque Col-  
legæ, videlicet Dominus Lic. Didacus de Aldete de Ha-  
ro, & Lic. Hieronymus de la Milla, & Lic. Ioannes Quende,  
Lic. D. Antonius Ramirez de Mendoza, & Magister Ioannes de  
Lazcano, & Lic. D. Martinus de Diacaiz, & Doctor Petrus Go-  
mez de Contreras, & Lic. Arias Gago de Figueroa, & Lic. D. An-  
tonius Venegas, & Lic. D. Thomas Ximenez Ortiz, in Collegij  
Capella sono campanellæ secundum morem vocati, Statuta ex  
antiquioribus extracta, & alia de novo ordinata statuerunt, &  
iuraverunt sibi, & alijs in posterum observanda.

## 1. De Visitatoris qualitatibus.

Statuimus, & ordinamus, quod Visitator (a) sit eiusdem quali-  
tatis, & ætatis, qua recipiendi in Collegio esse debent. Tam in ge-  
nere, & ætate, quam in honestate, nec aliter recipiantur, cui nul-  
lo modo obtemperetur, nisi in casibus, in quibus concessum est  
per Constitutionem 12. & 13. tom. 4. nec valeat ordinare ali-  
quid in futurum contra Constitutiones. Præcipuè cum eius po-  
testas, & intentum consistat in inquirendo de moribus, & lite-  
ratura, & de bonis Collegij, & in statutis servatis, ut præcipit  
constitutio: quæ gesta, si ritè ordinata fuerint, executioni de-

(a) Idem erat  
statutum an-  
tiquum, anno  
1553. in 10.  
die Novembr.  
Rettore An-  
drea Lopez, &  
anno 1554. in  
11. die Novembr.  
Rettore  
Ioannes Alfonso.



mandentur, si verò videatur alicui gravamen inferre, obtinere, si ex tribus partibus Capellæ duabus videatur absque aliqua appellatione.

*II. De etate, & qualitate familiarum.*

Statuimus præterea, & ordinamus, quòd nullus in familiarem eligi valeat, qui non fuerit egressus vigesimum ætatis annum, & qui ad minus non habuerit tres cursus in facultate aliqua, & non sit vxoratus, aut desponsatus iuxta formam Concilij Tridentini, neque sit consanguineus alicuius ex Collegialibus pro tempore in Collegio commorantibus intra quartum consanguinitatis gradum, neque sit ex eodem municipio, & aut aliquo tempore in alicuius Collegialis servitio, aut famulatu. Quòd si fuerit electus, electio nullum illi ius tribuat, sitque irrita, & innanis, & teneatur ad restitutionem victus iuxta verum valorem, insuper Collegiales, qui inter fuerint electioni, mulctentur pœna decem aureorum ducatorum Collegij fabricæ applicandorum. Tantumdemque intelligatur, si fuerit electus, qui sacris maioribus ordinibus fuerit initiatus, aut si iam electus initiatur, statim expellatur à Collegio, nisi conveniens in Collegio retineri visum fuerit duabus ex tribus partibus Collegialium absentium, & præsentium.

*III. De iuramento familiaris.*

Præterea statuimus, & ordinamus, quòd omnes familiares, & etiam coqus tempore sui ingressus iuramentum præstent iuxta Constitutiones Collegij, videlicet de obediendo D. Rectori, & secreto domus servando circa ea, quæ viderint, aut audierint, aut quomodolibet sciverint, à Collegialibus fieri, & quod res domus custodiant fideliter, & si ab aliquo confamiliares, vel coquo, vel alijs servitoribus sciverint aliqua donari, aut consumi D. Rectori manifestabunt, alioquin sine spe veniæ à Collegio expellantur.

*IV. De officio familiarum, & de pena eorum.*

Insuper statuimus, quòd ex familiaribus iuxta constitutionem 3. tom. 4. vnus sit dispensator, quem Rector, & Consiliarij, vel eorum maior pars, servitio, & vtilitati domus magis idoneum repererint. Quòdque si ita expedire cognoverint, possint eum ab officio deponere, alterumque eius loco subrogare, qui sic electus, aut nominatus præmissis iuramento dictæ Constitutionis tenēbi-

tur

tur personaliter, simul cum suo famulo ad emendum victui necessaria ire, eaque in platea maiori, si ibi reperiantur semper emere; alioquin acriter puniantur per Rectorem; ex alijs vero familiaribus, novissimus rectorij curam gerat sui proprijs manibus mensas, vasa, parietes, & solum expurgaturus, & omnia eius servitio necessaria, & minimè per portionistam, seu per aliquem, nec ad videndum rectorium nullus extra collegium intromittatur sub pœna privationis veri valoris portionis per integrum mensem absque spe veniæ, & sit in cipo per quatuor dies. Nam in honestum est, quòd illud, quòd ad honestatem pertinet, familiari indecorum esse videatur.

*V. Quòd nullus familiaris comitetur Collegiales extra Civitates abeuntes.*

Item statuimus, & ordinamus, quòd nullus familiaris collegiales extra Civitatem abeuntes comitari possint sub pœna privationis portionis veri valoris per mensem, nec familiaris cum Collega, nec Collega cum familiari ludere audeant: etiam in casu constitutionis 8. quinti tom. nam ex nimia familiaritate cum illis familiaribus decus amittitur, atque cum sint pauperes, necessariò ex bonis collegij ad ludendum subripiunt.

*VI. De informationibus familiarium faciendis.*

Quoniam experimento cognitum est non satis certas, & exploratas esse in informationes, quæ quidem de genere familiarium Salmanticæ fiunt, statuimus, vt oppositores ipsi informationes suas afferant iudicis autoritate in loco suæ originis confectas, & sigillo publici tabellionis obsignatas, in quibus quinque minimum testes adhibeantur, qui & trigessimum saltem annum exceierint, & parentes, atque avos oppositorum cognoverint, si autem locus originis sit talis, & populosus, quòd in eo vivant, commissarij S. Inquisitionis ipsis committatur cura faciendi huiusmodi informationes, qui tamen de officio præter testes sibi præsentatos per talem oppositorem teneatur alios circa illam examinare, & in fine suum votum ad scribere, præstita ibi fide, quòd erat commissarij S. Inquisitionis per tabellionem.

Aa

VII.



VII. *Forma oppositiorum.*

Statuimus, quod nullis oppositoribus informationes fiant, donec primo firment, & legant iuxta constitutionem 6. §. examinentur, tom 2. nisi aliter ex iustissima, & magna causa cuncto collegio videatur, cum capella collegij possit declarare, & statuere præter constitutiones, & non contra illas.

VIII. *Consiliatura qualiter deservienda per substitutum.*

Rursus statuimus ad excludendas fraudes, quod nulla consiliatura possit per substitutum alterius facultatis in defectum aliorum deserviri quoad proprietatem, neque isto titulo valeat alicui tempus collegij aliquo modo prorogari.

IX. *Menses, & dies quomodo debeant intelligi.*

Statuimus, & declaramus, quod menses concessi per constitutionem 15. tom 3. tam in ipsa, quam in alijs computentur hoc modo, quod primus mensis habeat triginta, & unum diem, secundus autem triginta, & sic de cæteris, dies autem per noctes illos sequentes in omnibus computentur.

X. *Expellantur à capella, quos negotium ibi tractatum tangit.*

Insuper statuimus, & ordinamus, quod quoties acciderit aliquid in capella esse tractandum, idque aliquem ex præsentibus contigerit, ille talis, sive de suo favore, uel odio tractandum sit, à capella expellatur, quod si negotij qualitas hoc exposcit per schedulas secretè, cum iuramento tale negotium terminetur.

XI. *Epistolæ missivæ, eorum quibus legi debent, & quod à collegio in alicuius favorem non mittantur, nisi ex consensu capellæ.*

Quoniam ex apertura epistolarum per solum Rectorem facta damnum solet afferre, statuimus, & ordinamus, quod epistolæ missivæ, quæ ad Rectorem, & Collegiales diriguntur, non possint,

sint, nisi coram eis in capella aperiri: qui verò ad Rectorem, & Consiliarios coram illis tantum, vel maiori parte eorum: deinde quod si à collegio in alicuius favorem, vel ad aliquem, vel aliquos dirigantur, hoc fiat ex assensu Collegialium, vel maioris partis eorum ad id congregatorum sub pœna unius ducati pro qualibet vice, quam pœnam D. Rector incurrat, si in hoc statuto disposita non servaverit.

XII. *De eligendo Theologum in Consiliarium, facultatis theologiæ.*

Statuimus etiam, & ordinamus, quod in electione Consiliaturæ Theologorum, si fuerint æquales in suffragijs, tunc eligantur per omnes de collegio inter illos tantum, qui fuerint pares in suffragijs, aliter electio sit irrita, & inanis.

XIII. *De libris collegij foliandis per numerum, & de emendis salvandis.*

Ad evitandas fraudes, & damna, quæ collegio evenire possunt, statuimus, & ordinamus, quod omnes libri collegij tam determinationum capellæ secretæ, quam ordinariæ aliorum numerentur per folia, & taliter scribantur, & subscribantur, ut inter subscriptiones, & scripta, nullo modo possit addi, nec detrahi aliquid, & emendationes, siquæ fuerint, ante subscriptionem salventur, pro ut in omnibus præcipit lex Regia, aliàs Rector, ad cuius custodiam hoc pertinet, puniatur pœna ducentorum ducatorum collegio applicandorum, & sit inhabilis ad quodcumque officium, tanquam proditor honoris collegij, quæ pœna servetur in alio quocumque Collega.

XIV. *Quorum subscriptionibus dentur apochæ.*

Insuper statuimus, quod quotiescumque per collegium datur apocha non subscribatur per aliquem, donec prius subscribat æconomus, ad quem spectat recipere, & petere debita collegij (ac statim scribere in lib. receptorum collegij.) Quod si contrarium fiat tam Rector, quam Consilij ipsi collegio, seu alij subscribentes huiusmodi apocham in solidum teneantur, & acriter per visitatorem puniantur.



*XV. Quod futuro Rectori dentur à prædecessore omnia per inventarium, & sic in reliquis domesticis officijs.*

Item statuimus, & ordinamus, quod Rector à die suæ creationis infra quatuor dies sequentes cum Consiliarijs omnia bona collegij à prædecessore relicta scripta per inventarium recipiat, quod à novis Rectore, & Consiliarijs subscriptum, verum, & approbatum in arca dicti collegij perpetuo servetur. Libros autem, & cætera alia, quæ ad cameram rectoralem spectant, illicò reddat. Quod idem servetur in quolibet officio collegij, cum de novo eligantur, aliàs puniantur portione collegij per annum, quam pœnam Collegiales sub pœna præstiri iuramenti exequi teneantur, inventarij verò utensilium rectorij, & coquinæ, atque cellarij, seu cuiuscumque officij copiam Rector penes se habeat, ut per illum possit supellectilem huiusmodi visitare: quam visitationem per se, vel alium Collegialem, semel saltem in ternis mensibus Rector facere teneatur sub pœna solutionis eorum, quæ ex dictis utensilibus perire contingerit.

*XVI. Quod singulis mensibus omnes conveniant.*

Item statuimus, & ordinamus, quod in quolibet die primo uniuscuiusque mensis omnes Collegiales cum Rectore in capella collegij, vel alio loco idoneo conveniant ad tractandum de negotijs collegij, & de redditibus, & possessionibus, & reparationibus bonorum, & ædificiorum dicti collegij, ita, ut omnes sciant negotia, & bona collegij, & de alijs moribus Collegialium reprehendendis, necnon eodem die libros bibliothecæ requirat, & à pulvere excuti faciat, aliàs Rector, qui hoc facere omiserit, sciat se esse privatum à iusto portione pretio per duos menses.

*XVII. De absentijs resumendis, & de tempore existentium in hospitio.*

Ad evitandas fraudes, & contentiones circa prolongationem temporis existentium in collegio statuimus, & ordinamus, quod eo ipso, quod in ultimo anno fuerit electus in Consiliarium, quod tempus absentiarum, quod dictus Collega pro negotijs collegij habebat, censeatur consumptum, & finito tempore consiliaturæ iuxta

iuxta formam constitutionis, in nomine Dñi à collegio exire teneatur. Sed quia collegium loco patris est habendum conformantes nos cum antiquis statutis, & traditionibus collegiarum prædecessorum de ciaramus, quod unusquisque sit extra collegij clausuram cum habitu, & insignijs collegij in cameris ad hospitium designatis per spatium unius anni, ut est concessum, quo elapso possit prorogari ad sequentem annum, si placuerit maiori parti collegij, sed ulterius non possit prorogari, nec concedi, nisi ex magna, & urgentissima causa, in qua omnes, nemine discrepante, convenire debent, qui tamen teneatur solvere ipsi collegio ex præfato tempore illud, quod adhuc est solitum persolvi, pro quolibet anno, videlicet quadraginta ducatos.

*XVIII. Pœna non subscribentis, quod à maiori parte collegij factum est.*

Statuimus, & ordinamus, quod quotiescumque per maiorem partem collegij aliquid resolvitur, cum à toto collegio factum censeatur, Rector, & alij teneantur subscribere præfatam de terminationem, etiam si ipse Rector, vel alius fuerint contrariæ sententiæ, sub pœna privationis suffragij per annum.

*XIX. Qua pœna puniatur Rector aliquem ex voto privans, nisi transactis prius triginta diebus.*

Statuimus, & ordinamus ad excludendas fraudes, & machinationes, quæ possunt oriri, ut quotiescumque aliquis collega veniat privandus, sive sit ex privatione per constitutiones, sive alio quocumque modo ad effectum faciendi electiones, seu ad aliquem actum faciendum de collegio, non sit ausus Rector, nec alius privationem executioni demandare, nisi ante huiusmodi actum faciendum triginta dies sint transacti, ex die notificationis, privationis faciendæ, aliàs Rector, & cæteri de collegio incurrant in pœnam centum ducatorum quilibet ipsorum ipsi collegio applicandorum, & actus factus sine voce, & voto Collegæ privati, sit nullius ponderis, ac monenti.

*XX. De modo designandi Collegam ad oppositionem cathedræ, & quando possit compelli.*

Statuimus etiam, & ordinamus, quod quotiescumque in dic-



*Derogatum est à Visitatore Regali & Consilio Supremo, ita ut à antiquis optione tantum oppositiones cathedrarum omnium dentur absque fraude, & prauiditio absentium, ut constat ex decreto Episcopi Segob. visitatoris generalis, & Regalis, anno Dñi 1635. die 27 Octobris promulgato in Viceretoria D. Gregorij de Chaves & Mendoza, ut constat ex lib. determinatio num collegij, pagin. 452. buelta: & ex confirmatio ne Anno 1636. à Regali Consilio facta, ut constat in lib. eodem pag. 462. buelta.*

ta Uniuersitate, aliqua cathedra, vel substitutio vacauerit, & plures Collegiales ad eam se opponere voluerint vnusquisque eorum lectionem de materia sibi assignatam, per Rectorem facere teneatur, post hæc vero, omnibus in capella congregatis, idem Rector ab eis iuramentum accipiat, quod eligent sufficientiorem, & magis idoneum ad huiusmodi oppositionem, & cui maior pars adhaerit, opponatur ad cathedram. Si vero nullus collegiarum velit se opponere, possit capella compellere idoneam ad oppositionem cathedrae. Nam ex varietate temporum cognouimus id conuenire collegio, & eius honori, ad quod maior pars capellæ possit debitam pœnam apponere recusanti.

### XXI. De termino claudendi edictum.

Rursus statuimus, quod terminus edictorum præbendarum vacantium, nec claudi, nec finiri possit, nisi prius informationes oppositorum, seu inquisitiones in capella examinentur, & de eorum habilitate sit discussum, taliter quod declarentur, qui sint habiles, quod si aliter fieri contingat, pro infecto habeatur, & terminus edicti per alios dies censeatur prorogatus. Quod, ut commodius observetur, statuimus, & ordinamus, quod informationes statim, quod alatae fuerint in capella examinentur. Quod si ex aliqua iusta causa id statim fieri non possit, saltem reponantur in arca collegij, ita quod nullo, neque brevi tempore remaneant penes informantes, aut Collegiales.

### XXII. Quod nullus possit admitti, nisi sit graduatus.

Item statuimus, quod nullus possit ad collegium admitti, nec in Collegiam valeat eligi, qui non sit prius baccalaureus in tali facultate, & ad minus post gradum sint transacti in quatuor anni, vel ad minus tres, etiam si fuerint præsentati per patronum.

### XXIII. De officio portionarij.

Insuper statuimus, quod portionarius Collega quotidie tam manè, quam nocte ponderatione carnis, & fructuum pro portionibus refectorij interesse teneatur, prout constitutio 19. quinti tomi sentit. Et etiam in portionibus dividendis tempore prandij & cœnæ: ne Collegiales aliquam iacturam patiantur sub pœna priva-

privationis portionis per decem dies, quod idem seruetur in casu constitutionis 17. vbi de cura panis agitur: nec claves, aut eius officia possint alteri quam Collegiali committi sub dicta pœna.

### XXIV. Quod nullus possit graduari per hanc Uniuersitatem, nisi seruato privilegio.

Statuimus, & ordinamus, vt nullus valeat gradum Licentiatu- ræ recipere, vt sentit const. 13. tom. 3. per hanc Uniuersitatem, nisi obseruetur privilegium collegio concessum per Adrianum VI. in eadem forma, quæ sit cum Collegialibus S. Bartholomæi, nec aliter fiat, cum possint graduari in collegio iuxta prædictam Bul- lam, in quorum fidem Rector, & Collegiales prædicti in origina- li se proprijs nominibus subscripserunt.

### XXV. Quod vota absentium valeant ad impediendam electionem quocumque tempore.

Finaliter, vt maiori concordia, & consilio electiones fiant, & fraudes, violentiæque Rectorum evitentur, statuimus, quod si col- lega absens reliquerit sufragium iuxta statutum 31. sexti tomi: possit, & valeat ille, cui relictum est, eo vti ad impediendam elec- tionem collegiarum, capellanorum, & familiarium, etiam si tran- facti fuerint quatuor menses absentia: aliàs electio facta sit nulla ipso iure, & Rector non admittens talem sufragium collegio sit ipso iure privatus. Quæ omnia statuta antiqua, & nova noviter electi omnino iurare teneantur: prout omnes iurant, in quorum fidem iterum se suscripserunt.

Lic. D. Didacus Alde-  
rete, y Haro Rector.

Lic. Hierony-  
mus de la Milla.

Lic. Ioannes  
Quende.

Lic. D. Antonius  
Ramirez de Mendoza.

Magister Ioannes  
de Lazcano.

Lic. D. Egas Ue-  
negas Giron.

Lic. D. Martinus  
de Ydiacayz.

Doct. Petrus Gomez  
Contreras.

Lic. Arias Gago  
de Figueroa.

Lic. D. Antonius  
Venegas.

Lic. D. Thomas  
Ximenez Ortiz.

Quibus



SALMANTICAE Anno 1773  
Ex Typog. SEBASTIANI AB ESCOBAR



06394

5



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

GREDOS.USALES